


IO. FRANCISCI PAPARI
I.V.D. CATANZARIENSIS
IVDICIARIA PRAXIS.

*In qua actiones ciuiles magis viles, & frequentata in Regia
Audient. C.V. & secundum communem praxim supremo-
rum Regiorum Tribunalium tractantur; ac Con-
suetudines Catanzarienses explicantur.*

J:9
P234



NEAPOLI, Apud Lazarum Scorigium. M.DC.XXXV.

Sibrenia del Collegio maior. B. B.

Illustriss. & Excellentiss. D.

D. H E C T O R I R A V A S C H E R I O,

Ex Comitibus Lauaniæ , Principi Satriani ,
& Cardinalis Duci ,

*Vtili Domino Marchionatus Soreti, Comitatus Sibaris,
Ciuitatum Vici Equensis, & Taberna, ac Baroniam
rum Badulati, Cropanis, Roccæ Piamontis, Tururg,
& Aleauille, Consiliario Collat. Maestatis Ca-
tholicae, & Equiti Aurei Velleris.*



IO. FRANCISCVS RAPARVS S.P.D.



ERVM est (Excellentissime
Princeps) Platonicum illud ,
ex sono fictilia vasa , homines
ex sermone dignosci ; Verissi-
mū quoque fictilia hæc quā-
uis assiduo labore , & industria elaborata , nisi
igne de quoquantur nullum , aut vix sonum
reddere ; vas est , & quidem fictile , hæc mea
iudiciaria praxis , summis vigilijs , ac studio

† 2 eluc-

elucubrata crudum illud , & incoctum ine-
ptum sono,hoc tui splendoris radijs, vel po-
tius succensæ fornaç de quoquendum exhi-
beo,hinc sonitum , & tinnitus edet acutissi-
mum,& suauem,aud indignum,qui per totū
terrarum orbem diffundatur, indeque vber-
rimos laudis,& honoris fructus acquirat; Et
quamuis hęc mea iudiciaria praxis nuda pro-
deat in lucem, ullis rethorum fucata colori-
bus, nullis artium illustrata pigmentis , quæ
delicatis auribus absona gustu,ac palato in-
suavis in odora naribus fortasse videretur :
tuo tamen (In quiete princeps) decocta
calore,tuique nominis, tamquam terra leim-
nia signata sigillo,& ornatum , & medicum
præstabit odorem , quo venenati serpentes
nempe maligni censores diffugient , & ho-
mines idest benigni sectatores iuris dicendi
aurient sanitatem; securè igitur vas hoc meū
fictile prodeat in lucem: Tu vero , benignis-
sime Princeps, benigno illud fauore prose-
quere , paruum quidem munuscum : sed
pignus meæ erga te obseruantia non paruæ:
Te interim Deus Optimus Maximus ad ex-
petitæ magnitudinis eueat culmen . Vale .

Heclo-

*Hectoreo fulget magnus sub nomine Princeps,
Ducens antiquo stemmate raram aciem.
I liber i fælix patrio, quem protegit Hector,
Agmine; non lalent inuida tela animi.*

MARCELLVS MEGALIVS C.R.
Perillustri Yiro Io. Francisco Paparo V.I.D.
S. D.

PErlegi opus à te cōpositum, vir doctissime, summa equidem animi voluptatē, tūm propter doctrinæ præstātiā, tūm propter facilitatē, & ordinem, quo Praxim hanc Iudiciariam pertractas. Quamquam verò paruū, & exile videatur, permulta tamē cotinet mira, & clara mēthodo distincta; vt tametsi iuxta illud Horatianum, obscurus sio, dum breuis eſe labore, difficultē breuitas cum claritate copuletur, tu contra cum summa breuitate summam cōiuxisti claritatem. Quare, si, vt dici assolet, ex vngue leonē dignosci fassit, haud difficultē mihi persuaserim, te breui alia editutū, quibus, & iuris scientiā non mediocriter sis illustratus, & Republicæ nō paruā utilitatē illatus. Vale igitur, & me, vt soles ama, nō solū tibi amicitiæ, sed etiā necessitudinis vinculo coniunctum Neapolix. Kal. April. M.DC.XXXV.

† 3 ANTO-

ANTONII DE FVERTES

I.C. Hispani ex Aragonia,

Olim in Mayorí Collegio S. Clementis Hispanorum Bononiæ Collegialis, & Decretalium Interpretis, ac Vespertini Ordinarij Iuris Pontificij Antecessoris, in Archigymnasio Bonon. Nunc primùm Magnæ Greciæ, quam Calabriâ ultra vocat, Reg. Consiliarij, & Auditoris.

AD

FRANCISCVM PAPARVM I.V.D.

Eiusdem Regiæ Audientiæ Aduoçatum
oculatissum, & diligentissimum, eius-
que librū de Actionibus Congratulatio.



Raxim hanc præcipuarum actionum,
qua in Regni Neapolitani Tribunalibus non solum; sed etiam vniuersi fere
orbis surpanitur, breui, accommodatoq;
stylo, à se mi Papare Compositam, &
elaboratam legi libenter, ac iuvidiose. Nulli enim mor-
taliū cedo; cunctis sum iuvidiosior dum nihil magis
placet, quam benedictum, & examus sim elaboratum.
Quia potius omnes iuvidere debent tibi, cui natura sin-
gularem hanc concepsit audaciam intellectus, qua nosfris
hysce

hunc temporibus, quibus laxaram iuris prudentiam pra-
Etiam conspicimus, ac fere deperditam eius notitiam,
hoc elegantissimo actionum cumulo restituimus, ac reparas.
Item, & quia consuetudinarium ius, huius inclita, ac
fidelissima Ciuitatis Cathacensis primus in lucem das,
commentis exornatum, ut deinceps turpes sit Patriis
iuris, ignorare ins, in quo versantur. Nec fastidio ha-
bendus erit iste libellus, in tam magna, & quotidiana
librorum mole, cum eti in alijs mulae bona inseniri
possint, in hoc tamen omnia cumulata conspiciantur.
Quid enim melius & unquam Practica? quæ deglutire
leges in scholis, digeruntur suauiter, & cum uberrima
civilitate. Quantum enim quisque potest id omne ad
proxim deducit, ne sola theorica contentus erret in ijs,
in quibus errasse, summus est error. Nam vero legum
Professoribus, qui tribunalia frequentant, causas quæ
dirigunt tibi erunt maximè deuincti, nam eti campū
disputandi illis reliqueris, non tamen viam veritatis
aperienda, cum ut eleganter, ita breuiter ipsam aperias,
ratione, termino, ac fine constantem. Unde videtur
mihi instaurata pristina illa, priscaque obseruatio actio-
num, qua pro rostris Roma habebantur olim; Unus-
quisque enim agere volens, ad album accedebat, &
actionem sibi necessariam requirebat, quod si errabat
etiam in syllaba cadebat à causa. Meritum erit pro-
fecto deinceps hoc cuique, qui ad album tuum, non ac-
cesserit illudque recusauerit ante oculos habere, quoniā

con-

contemnete, & veritatem, & facilitatem clientulis
prospiciendi, & sibi dicendus erit. Hoc meum iudicium
est, hac mea opinio. Gratulorque tibi ob opus tam lucu-
lenter, ac perfecte elaboratum expecto vero copiam e-
pralo, aude quidem, ut quam primum in Bancha iuris,
seu manis Rota, queas factis intelligere quanta sit mea
inuidia. quantaque mea gratitudo, erga eos, qui non sibi
solum, sed publice profundunt. Interim Vale, & me ama.
Catanzari xiv. Kal. Nouemb. 1634.



D.I.O.

D. IO. PETRI MASSARII

V.I.D. Oratinen.& Neap.

D I A L O G .

ADD. FRANCISCVM PAPARVM

I.C.Patritium Catanzariensem,& de variarum
Curiarum stylo scribentem.

QUO ferar? in tanto tendens errore variarum,
Sectum ubi tam vario tramite fallit iter?
Hec abit in dextram, subit altera semita leuam,
Illa tumet cliuis, vallibus ista iaceat.
Nec faciles aditus, aditus habet illa malignos,
Et quos illa tegit, detegit illa dolos.
Quoque vel hac iendit, vel quo se porrigit illa,
Exitus implexo fine videre vetat.
Sed prater varios curuis ambagibus orbes,
Nox etiam cæcas calat opaca vias.
Et licet explorem prætensis obuia palmis,
Et vitem obstantes, tubera dura, petras.
Vix tamen incæpos ausim producere cursus,
Sed retinent timidum noxque, dolusque gradum.
Nullaque iam toto collucent sydera Cælo,
Nulla nec humano semita trita pede.
O quis in his tendat mihi semita fida periclis?
Quis Deus in tanta sis mihi nocte Rharos?

Isa-

*Isacidas quondam per inhospita regna vagantes
In solitas docuit clara columna vias.
Stella comes monuit Nabathaeos lumine Reges,
Paruaque Bethlemiae duxit in antra domus.
Talia languenti traho dum suspiria corde,
Et referunt gemitos antra miserta meos.
En tandem audiri vox de rupe propinqua,
Visa mihi, & tales fundere amica modos.
PAPARVS auxilio praesens succurrere missus,
Iste potest prudens te reuocare malo.
Aethere, quem terris misit Pater aetheris alti,
Iudicij recti monstrat ad astra viam.
Inclitus interpres iuris, legumque peritus,
PAPARVS in rectam perdocet ire viam.
Legiferam ergo breui si vis callere Mineruam,
Hunc tota assiduo perlege mente librum.
Sic recte semper tendet tua semita ductu,
Nec fraus decipiet tramitis ullam gradum.*



ORDO

ORDO ACTIONVM omnium , quæ in hoc libro continentur.

Actiones .

Cessio bonorum fol.	1
Quinquennalis dilatio fol.	6
Affecuratio dotium fol.	12
Assistentia fol.	20
Reiuendicatio fol.	29
Redibitoria fol.	34
Petitio legati fol.	39
Aditio hæreditatis cum beneficio leg.& inuentarij fol.	50
Petitio legitimæ fol.	63
Hypothecaria fol.	73
Emphyteusis fol.	83

Confuetudines .

Ius congrui fol.	98
Ius sanguinis fol.	103
Fides	

<i>Fides præstita</i> fol.	106
<i>Dotarium</i> fol.	108
<i>Primum cubile</i> fol.	111
<i>Instrumentorum liquidatio</i> f.	112
<i>Animalia taurina</i> fol.	115
<i>Pensio domorum</i> fol.	116
<i>Secunda dilatio</i> fol.	118
<i>Contumacia</i> fol.	119



IO.

PRAXIS IUDICIARIA

IO. FRANCISCI PAPARI V.I.D.

DE CESSIONE BONORVM.

SVM MARIVM.

- 1 *Cessio bonorum quare à legge debitoribus concessa.*
- 2 *Forma libelli super beneficio prædicto.*
- 3 *Principalis debitor, & nō fideiussor iuuatur.*
- 4 *Requista, in iudicio prædicto seruanda.*
- 5 *Terminus ad petitionem creditoris solet concedi.*
- 6 *Cedens tenetur bona, & iura sua indicare.*
- 7 *Extrema probada per debitorem, & creditorem.*
- 8 *Casus, cessionem bonorum impedientes.*
- 9 *Heres, qui non confecto inventario hereditatem adiuit, & sic maritus in restitutione dotis, an beneficio prædicto iuuatur.*
- 10 *Beneficio cessionis bonorum renunciari non potest.*
- 11 *Debitor, qui cessit bonis*
- 12 *Cessio ignominiosa facta retractari non debet.*

CVm quotidiana diuersorum occupatio, nos pauca scire permittat, & scita fraudatrix obliuio, memorię ini mica, incognita reddat: cumq; otium, tanquam malorum multorum, occasio, fugiédum sit: ideo in aliqualem mei memoria presentem praxim iudicariam componendam disposui, & ex temporum calamitate, & pauperum angustia, deuenit practicabilis que stio cessionis bonorum.

A Quod

- 1 Quod miserabile beneficium sicut à lege debitoribus concessum, pietatis causa, ne in carceribus detrusi moriantur. *l. 1. C. qui bonis cedere possunt, conferunt tradita per Nouarium in prædicationis in solutum sett. 1.*
 Quare volēs debitor tali beneficio iuuari, præsentet sequentē libellū.
- 2 In Reg. Audientia, &c, exponit. T. qualiter reperitur implicitus multis debitibus, per ipsum cōtractis, cum infrascriptis creditoribus in infrascriptis summis, & hoc vigore publicarum cautelarum, quibus hucusque ob eius notoriam, & euidētem inopiam satisfacere non potuit, & ne in carceribus moriatur, intendit recurrere ad miserabile beneficium cessionis bonorum. Ideo cedit prædictis creditoribus omnia sua bona, & iura infrascripta, quæ debita facetur esse vera, eaque iudicialiter agnoscit; petit propterea ad petitū miserabile beneficium admitti, & prouideri, stāte cessione prædicta non esse amplius pro prædictis debitis molestandum, omni modo meliori.
- 3 Et nota, quod tale beneficium cuiilibet debitori à lege indulsum est, & cedēdo carceres auffigit, & hæc cessio fideiussori non prodest. *Bar. in l. bares à debitore. §. quod redire. ff. de fideiuss. Guid. Pap. decis. 211. Megal. in 1. Tom. Prōpt. ver. cessione bonorum nu. 8. Nouar. in tract. de elect. fori quest. 13. nu. 27. sett. 3. in ultima impress. Neap.*
- 4 Nec in tali iudicio ordinō iudiciarius seruatur: sed tātum summarie requiritur creditor per solam citationem, & decreto mediante admissa cessione prædicta, deuenitur ad explicationem actus, seruata forma Regiæ

giæ pragmaticæ, & erit
vt cedens in die, qua
regitur curia, & illa pro
tribunali sedente ascen-
dat lapidem, seu locum
ad hoc erectum, & ibi
per tubicem vocare fa-
ciat omnes creditores,
& facta explicatione di-
cti actus licetetur, & in
actis describatur, & ex-
pediatur saluaguardia in
forma, & non solum, vt
supra dictum est, ordo
iudicarius non requi-
ritur: sed nec alia sol-
lemnitas; cum sufficiat
cedentis voluntas. l. in
omni. C. eiusdè tituli. Me-
gal. in d. ver. cesso bonorū.
num. I. dummodo dela-
tum confiteatur.

5 Bene verum est, quod
si creditor petierit ter-
minum ad probandum
causas, cessionem impe-
dientes, conceditur, &
ita seruari affirmat Ioan.
Francisc. Scaglionus super
pragm. 3. tituli nostri nu.
25. nec hodie cedes bo-
nis signum asportare te-

netur, prout in dicta
pragmatica, cū sit quo
ad hoc, per subsequen-
tem correcta, nec fuit
vñ recepta.

6 Aduertas etiam, quod
cedens tenetur indica-
re creditoribus omnia
sua bona, & iura, si quæ
appareat; & alioquin ad
cedendum non admitti-
tur, vt per Megal. post
Doctores quos citat in
d. ver. cesso bonorum nu.

4. & in 2. Tomo variarū
resol. resol. 173. num. II.
alias dicat in libello, qđ
intendit cedere omnia
bona, & iura, si quæ ap-
parerent, licet exponēs
nihil possideat, alias nō
admitteretur. Bald. in l.
f. C. qui bonis ced. possint,
& Carolus de Graß. in suo
tract. de except. except. 17.
nu. 48. quamuis teneat
hoc esse superfluum, Idē
Scagl. loco cit. nu. 3.

7 Deueniendo tamen
ad explicationem cau-
sarum cessionem impe-
diētum, & quoties ter-

minus assignari acciderit debitor intendens tali beneficio iuuari, duo procuret extrema probari.

Primo vergere ad inopiam.

Secundo, quod sine sui culpa: sed ex aliquo casu fortuitu ad excludendum creditorem intendentem probare, dictum cedetem, sua culpa, aut vitio in egestate deuenisse, & hoc in fraudem creditorum facere, vel quod bona sua luxuriosè viuendo dilapidauit, aut quod sub spe futuræ cessionis debita contraxit, & alia similia.

Verum prædicta, & quælibet alia causa non impediunt cessionem bonorum; quando fit cum ignominia. Idem Scagl. in præcitatâ pragm. 3. nro. 34. Verum Sacr. Regiū Cons. solet in aliquibus ex dictis casibus nō admittere cessionem; sed debitores condemnare

ad deseruendum pro rata creditoribus cum alienamentis tatum. Sic refert Regens Tapia super prag. 1. de cess. bonorum.

8 Fallit tamen. Primo pro debitibus infra annum contractis Regia Pragm. prima eiusdem tituli.

Secundo, pro bonis commestibilibus, & viualibus, Carolus Tapia in suo tract. de Iure Regni in ritu M.C. V. 287. num. 8.

Tertio fallit in debitore functionū fiscaliū, qui nec etiam admittitur contra fiscum pro debito dependēte ex delicto, vel ex quasi delicto; secus ex contractu, Glos. penul. in verb. debita insi. de societ. Ioseph Ludou. Perus. decis. 32.

Quarto nō datur cesso bonorum contra Neapolitanos pro pensionibus domorum, & censibus ex dispositione Regiae pragmaticæ eiusdem tit. Et an gratia prædictis Nea-

Neapolitanis concessa
per Regem Federicum
in anno 1499. extenda-
tur ad omnes causas, l. f.
C. qui bonis cedere possunt,
Musc. in titu. de appell.
Glos. detinebitur. par. 3. n.
107. & nonnulli alij Re-
gnicolæ dictam Regiam
pragmaticam interpre-
tantes, tenent, quod nō,
nisi pro causis expressis,
& quāvis *Præses de Fran-*
cb. in decis. 179. num. fin.
& *Carau. super ritu M.*
C.V. 287. nu. 20. teneāt,
quod sic, aduerte, quod
loquuntur, tam de quin-
quennali dilatione, quā
de cessione bonorum in
casibus expressis, & non
in alijs, prout affirmat
Nouarius super prag. col-
lect. 51. nu. 1. & 2. Et ita
gratia predicta iuantur
etiam incolæ, & habi-
tates, Reg. Rouitus super
pragmat. prima præsentis
tituli.

Quinto fallit in debi-
tore, qui fuerit alias di-
latione quinquenali ga-

uisus, & sic à fortiori ces-
sione bonorum, *Affl. et.*
decis. 378. nu. 2.

Sūt, & alij casus, quos
enumeratur *Riccius in-*
suis collect. 121. par. 1.
Carolus Tapia in d. ritu
287. lib. 4. & Carolus de
Grajsis in precitata ex-
cept. 17. necnon, & Ias. in
S. item si quis, & S. eo quo-
que, necnon, & S. fin. Inst.
de actio.

9 Vide etiam, an hæres
qui non confeccio inuen-
tario hæreditatem adi-
uit, possit cessione præ-
dicta iuuari, *Matt. Bruno*
in suo tract. de cessione bo-
norum quest. 6. quarta
quest. princip. Et an ha-
beat locū in marito cir-
ca dotis restitutionem,
idem *de Bruno quest. 20.*
Franch. decis. 219. & No-
uarius collect. 83. An ad-
mittantur, quando cre-
ditor est pauperior de-
bitore cedente, vide
etiam eundem *de Bruno*
quest. 13.

10 Notabis etiam, quod
huic

huic beneficio renúciari non potest, & renúciatio etiam cum iuramento facta non tenet, cum paupertas excusat à periurio. *Viui. decis. 38.*
& dictus de Graff. in citat. except. nu. 10. Guid. Pap.
& addenies decis. 211.
Nouarius de elect. fori q.
12. num. 21. sect. 1. in ult.
impress. Neapolitana, Me-
gal. in d. ver. cesso bonorū
num. 6.

11 Insuper scias, quod si cessio fuerit facta cum notabili ignominia, quāuis cedens ad pinguiorē fortunam deuenerit: tamē non poterit pro debitis, pro quibus fuit facta cessio iterum molestari, idem *Guid. Pap. dec. 343. & Affl. & Vrsil. dec. 379.* vbi inuenies etiam an negantes debitum à principio possit cedere bonis, quibus addē. *Muscat. in situ. de appell. par. 3. Glos. detinebitur.* num. 96.

12 Et pro fine huius pra-

xis, aduertas, quod cesso ignominiosè facta retractari non debet, ne remaneret cedens infamatus, idem *Bruno in citato tract. quest. ultim.*
Vrsil. ad Affl. in decis. 13.

De Quinquennali dilatione.

S V M M A R I V M .

- 1 Creditores cōcurrētes quid seruare debent.
- 2 Forma libelli.
- 3 Si inter creditores oriatur differentia, declinantes ad humaniorem sententiam prevalent, & in paritate crediti praevallet numerus, & dignitas.
- 4 Iuramentum creditorum concurrentium est de substantia, & quid in termino erit seruandū.
- 5 Extrema probāda pro obtinenda dilatione prædicta.
- 6 Creditores non concurren- tes

- ses condemnantur ad concurrendum.
- 7 Pendente iudicio non conceduntur moratoria, nec impediuntur obligationum incusationes.
- 8 Concessa dilatione predicta iuuantur, & fiduciisores.
- 9 Casus in quibus dicta dilatio non habet locum enumerantur.
- 10 Concessa mediata decreto dilatione predicta per appellationem impeditur executio.
- 11 Dilatio concessa respectu sortis principalis, auctoratur concessa respectu interesse.
- 12 Pendente termino quinquenni, si unus ex creditoribus fuit satisfactus, an dilatio concessa corruat.
- 13 Moratoria ex causa paupertatis concessa cessat cessante causa.
- 1 M Ateria quinquennalis dilationis, quæ vigore l. fin. C. qui boni. cedere possunt, conceditur, quam sit frequens, & necessaria, docet quotidiana experientia, & solet dupliciter concedi, sed tantum de ea, quæ vigore dictæ legis fin. ad instantiam creditorū in maiori summa existentium, & concurrentium petitur, tractabitur, qui intendentis prædictam dilationem concedere pro eorum creditis in iudicio compareant, petentes alios creditores recusantes, & in minori summa existentes compelli cum eis ad concurrendum in dicta dilatione præsentando libellum præsentis formæ.
- 2 In Regia Audientia exponunt infra scripti creditores Antonij, qualiter reperiuntur veri, & liquidi creditores eiusdem in infra scriptis pecuniarum quantitatibus exponentibus per eundem debitum vigore publici-

blicarum cautelarum, à quo ob eius aduersam fortunam satisfieri non potuerunt, nec possunt ob id latitauit, & latitat, ne in carceribus detrundatur, vbi de facili mancipari possit, nullum ad præsens habendo modū satisfaciendi, & de facili recurreret ad miserabile beneficium cessionis bonorum, quare exponētes ipsi eorū creditis priuarentur. Ideo deliberauerunt eidem debitori dilationē quin quennalem concedere ad hoc, vt post eius fruptionem, seu vslum possit debita persoluere: Et quia reperiuntur nonnulli creditores in minori summa constituti, qui dilationem prædictam concedere recusant, in maximum comparētum præiudicium. Quapropter recurrent ad eādem Regiam Audientiam, petentes constito de prædictis con-

demnari non concurrentes ad concurrendum, & dilationem prædictā cum ipsis præstandum, & ea durante, prouideri, quod nec ipse, nec eius fideiussores molestentur, & circa præmissa summariè iuris, & iustitię complementū ministrari omni modo meliori.

3 Et quia aliquādo ori-
ri solet differentia inter
creditores nonnulli vo-
lentes debitori dilationem,
alij vero cessionē
concedere, & tunc di-
cas creditores concur-
rentes ad dilationem
præferri, tāquam ad hu-
maniorem sententiā de-
clinantes: verum am-
plior debiti cumulus mi-
norī summæ præfertur,
siue parsue discrepańs
creditorum numerus sit
tex. est in l. fi. C. qui bon.
cedere possunt, & Cap. de-
cis. 36. num. 3. qui etiam
tenet, quod data parita-
te crediti inter concur-
ren-

rentes , & non concur-
rentes præualet nume-
rus,& dignitas.

4 Tenentur etiam cre-
ditores cōcurrentes iu-
rare, eorum debita esse
vera , & non exacta , ad
instar iuramenti de ca-
lumnia , quod requiri-
tur de substantia iudicij,
necnon in termino eo-
rum scripturas præsen-
tare, & verificare . *Aff.*
decis. 272. quando vero
non sunt omni sollempni-
tate vallatae , iuxta text.
l. scripturas . C. qui po-
tiores in pignor. habeant.
& l. in exercen. C. de fide
instrum. vide in tali casu
Scaglionum super ritu M.
Cur. Vic. 283.

5 Verum dilatio prædi-
cta miserationis causa
conceditur , ideo credi-
tores cōcurrentes pro-
curent etiam probare.

Primo infortunia de-
bitoris , eiusque deco-
ctionem , & paupertatē.

Scđo esse absentatū,
vel refugiatū, & qđ mi-

natur velle cedere bonis.

Tertio, quod est per-
sona industriosa , & ga-
uisa dilatione prædicta,
de facili poterit debita
satisfacere.

6 Verificatis denique
debitis creditorum con-
currentiū in maiori
summa , alijſque prædi-
ctis bene probatis , fa-
ctaque publicatione , &
instructo processu, con-
demnantur nō concur-
rentes,ad concurrendū
cum ipsis concurrenti-
bus, dictamque dilatio-
nem præstandum.

7 Durante vero cōtro-
uersia prædicta inter cō
currentes , & non con-
currentes creditores ,
non potest aliqua mo-
ratoria concedi , neque
permēsem, siue alio mo-
do. *Bar. in l. illicitas. §. ne*
potent. nu. 7. de offic. Præ-
fidis. Reg Nouel. Pragm.
incipiens Don Petrus Gi-
ron : nec interim impe-
diuntur obligationum ,
& instrumentorum ac-

B cusa-

*cusationes, prout refert
Apicel. in tutamine pau-
per. sub titu. de quinque-
dilat. nu. 22.*

8 Verumtamen conces-
sa dilatione prædicta
principali debitori iu-
vantur etiam fideiussor-
es, quod in decreto ap-
poni solet, an idem erit,
si non apponatur, ex quo
possunt opponere dis-
cussionem principalis:
tanto magis, quando
huic beneficio non re-
nunciauerunt, & fidei-
iussor potest exceptio-
nem à principali non
oppositam, opponere.
Carau. ritu 287. nu. 16.

9 Nec omittam casus,
pro quibus dilatio præ-
dicta non conceditur.
Et primo contra credi-
torem ex causa deposi-
ti. *Baer. decis. 296.* cæte-
raque priuilegia depo-
siti enumerat *Iason in §.
in bonef. insti. de actio.* Et
latè scripsit *Carroc. in
particulari tract. quem-
edidit de deposito.*

Secundo non est co-
cedenda dilatio prædi-
cta aduersus sententiam
condemnatoriam in fo-
ro contentioso. *Guid.
Pap. decis. 97.*

Tertio non habet lo-
cum in debito instru-
mentario iurato, prout
refert *Thefau. decis. 186.*
num. 4. & elset, quando
ad instantiam debitoris
peteretur; Sunt & alij
casus, quos enumerat
idem *Thefaur. loco citat.*
alios vero *Carau. in ritu
287.* & *Tapia de iure re-
gni super ritu prædicto to-
mo 4. necnon *Carolus de
Grassis except. 17.**

10 Et quatenus terminis
habilibus, seruatis que
de iure seruandis inter-
poneretur decretum ad
fauorem creditorū con-
currentium, quod peti-
ta dilatio debitori con-
cedatur, à quo decreto
à non concurrentibus
appellatum fuerit ad su-
periores, aduerte, quòd
appellatione pendente
in

in prima, nec in secunda instantia expeditur salvaguardia, & consequēter non impeditur exequio, donec causa non fuerit determinata, taliter, quod mereretur executionem, quod esse deberet à Sacr. Cons. à cuius sententia non datur appellatio, nec impeditur exequutio. *Authen. que supplic. Cod. de precib. imperat. offer. Gui. Pap. decis. 50. & Apicel. in d. suo tract. de quinque dilat. nu. 22. & 23.*

11 Est etiam videndum, an concessa dilatione prædicta per creditores respectu fortis principalis, intelligatur concessa respectu interesse, vide eundem *Apicell. in supra citat. loco n. 87. & melius Nouar. in decis. Apulea 1. qui omnino videatur.*

12 Dubitari contingit utrum concessa dilatatione prædicta ad instantiam concurrentium, eaque contra non concurrentes,

tes, obtenta, si unus ex concurrentibus, fuerit de eius debito satisfactus, & per hoc concurrentes remanerent in minori summa non concurrentium, nā per hoc corruat dilatio, dicas, quod illud, quod in beneficium est cōcessum, in odium retorqueri nō debet, dum nec creditores concurrentes satisficerent, & debitor in carceribns moreretur, & bonis cedere nō posset; iuxta *Glos. l. fin. & per hoc recurras ad doctrinam Pauli de Castro in l. sciendum, S. possessio nu. 2. ff. qui satisfidare cogantur, tenetem excusationem semel concessam propter causā, et celsāte causadurāre; vide et Ioā. Andr. in regula decet esse concessū in mercurialibus, vbi si quis habet numerum duodecim filiorum, qui numerus sufficit ad excusandum ab omnibus muneribus,*

*juxta tex. l. si quis Decur-
rio pater C. de decur. vbi
habes , quod obtento
privilegio; quamvis ali-
quis ex filijs moreretur:
tamen durat patri pri-
uilegium', donec adlunt
privilegij reliquiae, & in
hac materia vide Fräcb.
decis. 259. Thesaur. decis.
167. & Nouar. quest. 75.
tom. I. & quod eadem
ratio militat in casu no-
stro refert idem Apicell.
loco citato nu. 189.*

13. *Et pro fine huius que-
sitionis , animaduertas ,
quod si moratoria pro-
pter paupertatem con-
ceditur , & debitor ea
durante , fuerit effectus
diues, statim cessat, nam
in hoc casu cessante cau-
sa, cessat effectus. cap. cū
cessante. de appellatio. cap.
& si Christus de iure
jur. in l. sue pars C. de
dilat. Tiraq. in tract. ces-
sante causa, in prima par.
nu. 330. Scagl. in ritu M.
C. 287.*

De assecratione dotium.

S V M M A R I V M.

- 1 *Mulier vergente viro ad
inopiam , asseturatur
pro suis dotibus .*
- 2 *Forma libelli .*
- 3 *Mulier habet ius reten-
tionis, & impedit exe-
quitionem faciendam
per creditores super bo-
nis viri.*
- 4 *Exequitio in bonis dota-
libus fieri non potest,
& datur cauelia ma-
rito pro indemnitate
uxoris.*
- 5 *Actiones, quas potest mu-
lier intentare.*
- 6 *An requiratur in praesentl
iudicio litis contesta-
tio.*
- 7 *Extrema per uxorem
probanda.*
- 8 *Hypotheca dotis in bonis
viri incipit a die pro-
missionis, & non confe-
gnationis datis.*

9 Ius

- 9 *Ius offerendi, an babeat locum contra mulierē, potentem affecuratiōnem.*
- 10 *Affecuratio datur super pecunia viro debita.*
- 11 *Ius retētionis transīt etiā insingularem successōrem.*
- 12 *Mulier, an possit omnia bona, vel tantum unū prādium occupare, & an detur variatio.*
- 13 *Affecuratio quomodo cōcedi debet.*
- 14 *Excussio principalis an fieri debeat, & quomodo.*
- 15 *Affecuratio prāstatur, etiam pro bonis parafrenalibus, & extra dotem prouentis.*
- 16 *Vxor damnati ad trimes, & capti ab hostiis potest affecuratiōnem petere.*

1 **C** Vm in præcedētibus de beneficijs debitoribus decōfis à lege concessis traetauerimus erat succeſ-

siuē deueniendum ad priuilegia mulieribus in affecuratiōne dotium, & recuperatione permissa constante matrimonio eorum viris ad inopiam vergentibus, & malē eorum substantia vtentibus, quo casu mulier, pro dote, donatiōnibus propter nuptias, & alijs iuribus dotalibus agit, & excipit, nec non à possessoribns bonorum hypothecas auocat, & alia facit, ac si esset matrimonium disolutum per mortem viri, ad hoc, vt se, filios, & maritum ex fructibus possit alere, ex tex. l. ubi adhuc Cod. de iure dotiū, & l. ss. constan. ff. sol. matr. & libellus erit sequens.

2 In Regia Audientia exponit T. legitima vxor. T. & dicit qualiter annis præteritis fuit cōtractum legitimū, & sollempne matrimonium inter exponentem ipsā, & dictum T. cuius con-

tem.

temptatione pater ipsius comparentis promisit, & consignauit dicto eius viro ducatos 1000. & dictus eius vir constituit dotarium pro tertia parte dotium consignatarum secundum consuetudinē huius Cūitatis, & Regiae nouellæ pragmaticæ, & hoc mediātibus publicis instrumentis manu publici, & Regij Notarij stipulatis, pro' quarum dotium, & dotarij restituzione dictus eius vir hypothecauit omnia sua bona cū constituto precario, & pacto de capiendo in ampla, & valida forma. Verum quia plures sunt menses, quod praedictus eius vir deteriorauit conditionem suam, & malè suis viris bonis, dum etiam multa debita contraxit, quare exponenti, & eius filijs debita alimenta nō prestat, quod in promptu offert probare. Ideo re-

currit ad ipsam Rēgiām Audientiam, petens cōstituto de prædictis assecu rari super infra scriptis bonis dicti sui viri pro dotibus prædictis, & prouideri, quod à creditoribus non molestetur, ad hoc, vt ex illorum fructibus possit se, eius filios, & virum alere, & in præmissis omnibus sibi iuris, & iustitiae cōplemētum ministrari nō se astringens, &c. deducens, &c. omni modo meliori, &c.

3 Alia etiam in iure re peritur cautela, quod comparendo mulier cū suis instrumentis publicis promissionis, & consignationis dotium in sua petitione dicat se paratam ostēdere, quod maritus incepit vti male substantia sua, & sic factus casus; ideo reuocato precario inheret possessioni bonorum, eidem hypothecatorū, & sic etiam non probata ino-

inopia impedit exequutionem, per creditores faciendam super bonis viri, *Gram. decis. 92. nu. 18. Muscatell. de appellat. par. 3. gl. adiudicatur, nu. 71. Vrsill. ad Afflits. decis. 199. Anna singul. 598.* quod remedium sequestratiuum dicitur, & potest illud mulier per viā exceptionis opponere, contra creditores mariti, super eius bonis agentes, etiam quod ipsa mulier prius contra maritum non egerit, nec discussionem fecerit. *Bald. Nouell. in tract. de priuileg. dotium part. 7. priuil. 24. sic etiam agendo cōtra tertios possesseores, idem Bald. par. 8. priuil. 37.*

4 Nec exequutio potest fieri super bonis dotalibus, etiam quod vir sit condemnatus pro ciuili debito, & debitum sit commune mariti, & vxoris, per doctrinam Bald. in l. ob maritum in fine,

Cod. ne uxor pro marito, tutius est, quod maritus dubitando ne bona sua occupentur tanquā vergens ad inopiam à creditoribus suis illa confingnet vxori pro dotibus suis, quæ statim censentur dotalia, & in dotem conuersa. l. ita constan. ff. de iure dot. & l. quamuis. ff. solut. matri. & tunc mulier habet meliora iura ad impediendum, tam exequutionem, quam alienationem, & adiudicationem, incontinenti tamen probando iura sua, vel illa probare offerendo. Bal. Nouel. in predicto suo tractatu par. 7. priuil. 18. nu. 2.

Et quamvis dubia eset hæc quæstio, an maritus confitendo se vergere ad inopiam, vel incipere labi facultatibus, & sic dat vxori eius bona in solutum pro dote, illamque restituit, an valeat restitutio, per ea, quæ notat *Cinus in l. ubi adhuc*

*ad huc C. de iure dotium.
tamen vide Bar. in l. si con-
stan. 4. quæst. 4. questionis
principalis. ff. solut. n. atr.
nu. 95. & 100. qui vlti-
mo loco tenet, quod si
vergentia est manifesta,
& consignatio dotis est
vera, valet restitutio.*

5 Alias actiones mulie-
ri competentes enumera-
rat Bart. in dicta l. si con-
stan. 3. quæst. ff. solut. ma-
trim. n. 7. & sequen. Ideo
non est necesse illas re-
petere: sed ibi me re-
mitto.

6 Scias enim, quod in
hoc iudicio requiritur
non tantum libellus, sed
etiam litis contestatio,
& plena causæ cognitio,
cum de magno præiudi-
cio agatur. Idem Bart.
loco supra citato num. 83.
& quas exceptiones iu-
dex debet admittere,
vide nu. 38. quapropter
mulier procuret infra-
scripta probare:

7 Primo matrimonium,
tam de futuro, quam-

per verba de præsenti
contractum, per publi-
ca instrumenta, vel te-
stes.

Secundo, non tatum
promissionem: sed etiā
dotis consignationem.

Tertio, virum eius bo-
na dilapidare, & male
vti substantia sua, multa-
que debita contraxis-
se, & per consequens
necessaria alimenta non
præstare, & ad euden-
tem inopiam vergere.

Quarto, quod bona
in actis deducta tempo-
re cōtracti matrimonij,
& promissionis suarum
dotium possidebantur
per virum.

Quinto, & vltimo pos-
sideri per Titum, & Se-
gium, & per virum fuisse
constante matrimonio
alienata.

8 Et quia in quarto ar-
ticulo, tantum de dotis
promissione tractatur,
aduerte, quod hypothe-
ca dotis super bonis vi-
tri, incipiat à die promis-
sionis

sionis, & non consignationis. *Bal. nouel. in dicto suo tractatu par. 8. priuilegiis 23. & Franch. decis. 677.*

9 Nec ius offerendi cōceditur posterioribus creditoribus in assecuratione prædicta per mulierem petita, ex quo nō dicitur vera dotis restitutio: sed tantū detentio loco pignoris. *Affic. decis. 199. & addentes: Franch. decis. 54. & impræcitatam Aff. decis. inuenientes nonnullos casus, in quibus datur posteriori creditori ius offerendi, & antebeat soluere præmium tantum rei possessiæ, vel totum debitum; vide Vrsili. super decisio. prædicta 199. nu. 3. Nouar. quest. forens. 74. nu. 9. tom. 2. ubi alia ad materiam.*

10 Potest etiam mulier petere assecurationem super pecunia marito debita, nam cum generali obligatione, veniet etiam pecunia, quæ de-

bet in honestum lucrum conuerti, ad hoc, ut de lucro cum viro, & filijs alatur. *Affic. decis. 22. & ibi addentes.*

11 Ius vero retentionis bonorum viri, non tantum mulieri competit, pro concurrenti quantitate sui instrumenti dotalis: sed etiam transit in filios, & hæredes, donec satisfiant de dotibus maternis. *Gram. decis. 92. Soccim. conf. 3. & 158. lib. 3. Ioseph. Ludou. Perus. decis. 109. & antea hoc habeat locum quando non adeat instrumentum publicum, sed ex simplici hypotheca, vide Muscat. intit. de appellat. par. 3. Glos. detinetur nu. 68. & sequentib.*

12 Et sic mulier pro assecuratione suarum dotium, non potest, nec debet occupare omnia bona viri: sed debet tantum ex omnibus bonis, corpus sibi sufficiēs eligere ad evitandum frau-

C des,

des, per sex. in l. credito.
ris. ff. de distractione pign.
¶ ibi Bart. & facta ele-
ctione in vna re, quod
non detur variatio, te-
net Capit. decif. 46. nu. 5.
& 6. sed me remitto ad
Nonar. in praxi dationis
in solutum quas. 5. sect. 1.
vbi latè multa cumulat,
quæ per te videas.

13 Sciendum est etiam,
quod in iudicio prædi-
cto debet esse cautus
iudex, ut in decreto pro-
ferendo in favorem mu-
lieris, potentis assecu-
rationem, contra posses-
sores bonorum, aliena-
torum per virum, dicat
assecuracionem esse
concedendam super bo-
nis alienatis, prævio ap-
petio, faciendo per ex-
pertos eligendos, ne mu-
lier pro dotibus, & iuri-
bus prædictis occupa-
ret omnia bona in dam-
nu creditorū, & posses-
sorū, & appetiu fiat par-
tibus auditis, & ita ser-
uari affirmat *Mafidius* in

additionibus ad decif. Ca-
picij decif. 41. nu. 2. Præses
de Fræch. decif. 54. Gram.
decif. 51. Affl. decif. 157.
& 343. & sic ad instar
assistétiæ debet fieri ap-
petium, pro intereste
creditorum, & bonorum
possessorum.

Aduerte tamen, non
posse vxorem constan-
te matrimonio dotem
repetere, eo quod mar-
itus incipiat male ut re
sua, in casu quo ipsa ux-
or excommunicatione
majori ligata esset, ut
post Bar. in l. si constante,
num. 64. ff. solut. matrim.,
teget *Megalius* in 1. 2. sue
inst. lib. 2. c. 32. nu. 115.
vbi rationem reddit, &
sublimitat. non habere
locum in casu quo esset
periculum in mora, &
mulier omnia fecit, ut
se ab excommunicatio-
ne liberaret.

14 Et licet ex dispositio-
ne sex. & Glos. l. vbi ab-
buc. Ced. de iure das. uxor
petens assecuracionem
super

Super bonis viri alienatis, debeat prius excutere bona viri non alienata, ut probatur in dicta *Glos.* in verbo item contra, & refert Roland. à *Valle cons. num. volum. I. num. 5.* in dicta excusione debent citari, & audiri interesse prætententes certi pro certis, & incerti per publicum proclama.

Tamen si in instrumento dotali sunt apposita clausula, constituti precarij, & pacti de capiendo, prout communiter de stylo notariorum apponi solent virtute dictarum clausularum exequituarum mulier potest obtainere assecurationem, nulla facta discussione: sed agere recta via contra tertios possessores, vt probat idem Roland. à *Valle in practico cons. nu. 19.* Sed in practica tutius est tertios possessores citari, & audiri pro eorum inte-

resse ad videndum ex-
cussionem faciendā su-
per bonis viri, & eo ca-
su in decreto præferen-
do debet in specie fieri
mentio de prædicta ex-
cussione, prout tenet di-
ctus Roland. à *Valle in d. cons. xii. II.*

15 Nec dubium est, quod mulier potest etiam petere assecurationem pro bonis parafrenalibus, & extra dotem consignatis, sicut de dote, ex re-
latis per dictum Roland. à *Valle d. cons. 9. num. 13.*

16 Et pro complemen-
to huius materiæ scias
dari alium assecuratio-
nis dotum mulieri, vt
tra casum vergentia ad
inopiam, scilicet viro
delinquente, & eo dam-
nato ad tritemes, vt fir-
mat *Aloysius Catalanus in suo tractatu de indulsu. cap. 44. nu. 21. & Caro. casu 106.* ea ratione,
quia paria sunt non ha-
bere virum, & habere
inutiliem, vt habetur in

C 2 lfin.

*b.fin. & ibi Glos. ad l. Iu-
liam de plagearijs, & hæc
conclusio habet etiam
locum viro capto ab ho-
stibus à fortiori casu vi-
dendus omnino Noua-
rius de elect. fori quest. 7.
sect. 1. & ubi supra alleg.
quest. forens. 74. tom. 2.*

De Assistantia.

S V M M A R I V M .

- 1 *Que actiones in iudicio
assistantie concurrere
debent.*
- 2 *Natura dictarum actio-
num qua sit.*
- 3 *Quare omite concurrere
debens.*
- 4 *Clausula constituti, &
precarij, quid operatur.*
- 5 *Assistantia unde dicatur.*
- 6 *Quibus iudicium predi-
ctum competit.*
- 7 *Forma libelli assistantia.*
- 8 *Cessantibus debitissollem-
nitatibus, cessat assis-
tentia.*
- 9 *Assistantia cōceditur, tam*

- contra principalem;*
quam contra tertium
possessorem.
- 10 *Quid, si clausula constitu-
ti, & precarij non fue-
runt in instrumento ap-
posite.*
- 11 *Que sunt probanda in
iudicio assistentia.*
- 12 *Fauore dotis, an sit nece-
sarium instrumentum
in formam publicam.*
- 13 *Per appellationem, an
retardetur exequitio
sententia.*
- 14 *Pendelic discussione mul-
litatum retardaur exeq-
uitio.*
- 15 *Restitutio in integrum.
& ius offerendi, an
admittantur.*
- 16 *Iudicium assistantia,
est, quod magis fre-
quentatur in omnibus
huius Regni Tribunalis-
bus, ut privilegium;
& exequitium, prout
inferius dicendum erit;
in quo scias, quod tres
principiū concurrunt a-
ctiones, & sic hypoth-
ecaria*

- 2** *caria. Saluianum interdictum, & remedium l. fin. C. de acquir. possess. &c quare cum sint iater se diuersæ, sic vnitæ concurrent demonstrabitur.*
- 3** *Ex eo enim hoc procedit, quia quamuis hypothecaria auocet possessionem vigore hypothecæ, ex tex. l. si cum venditor, ff. de cuiusq. tam in rem parit actio nem. l. pignoris. ff. de pign. ad instar rei vindicationis. l. officium. ff. de rei vendit. R. Rouit. in prag. t. de aff. n. 17. Saluianū vero interdictum, est iudicium possessionis adipiscendæ. S. interdictum quoque inffir. de interdict. & Menoch. de adipiscend. posses. rem. 3. Et remediū prædictæ l. fin. est similiter possessorum: sed recuperandæ, ut probat Menoch. de recuper. posses. rem. 14. quest. 1.*

3 *Vnitæ enim istæ tres concurrere debent, quia quamuis sint diuersæ:*

- 4** *omnes tamen tendunt ad eundem finem, ut dicit Reg. Rouit. in prag. l. de aff. n. 24. Nam et si ex contractu obligacionis omnium bonorū, hypothecaria tantum nouatur actio, toto rit. ff. de pignor.*
- 4** *Dum tamen venditor in illo contractu constituit se precario nomine possidere in emptorem ciuilēm transstulit possessionem naturalem vero, pedes se conservat, & ad adipiscendam hanc naturalem possessionē. Saluianum interdictum necessarium est: si vero debitor predicitus post constitutum prædictum, rem obligatam testio alienavit, quia per talēm nouam alienationem interueretur dicta possessio ciuilis, tunc creditor ad illam recuperandam iuvatur remedio prædicto: l. fin. ut plenè declaratur per Menash. de recuper.*

per posse in d. remed. 14.

5 Ex his itaque scias, quod assistentia est de-
sumpta à diffinitione
possessionis, cum diffini-
tur esse ius insistendi rei
hypothecatae. *Gloss. &*
*DD. in l. 1. ff. de acquir.
posse. & ex hoc iure in-
sistendi est sumptum vo-
cabulum assistentiae, ut
post Maran. dicit Reg.
Rouit. in prag. 1. de assi-
stentia. 16. & vnde oriatur,
vide Capic. decif. 5 l. tam
apud principale, quam
tertium possessore. *Mu-
scat. in t. de appellas. par-
te prima. Gloss senten-
tia. num. 143.**

6 Resque modo videre,
quibus hoc iudicium
assistantiae competat, &
dicas omnibus credito-
ribus habentibus publi-
cum instrumentum, in
publicam formam reda-
ctum, seruata forma con-
stitutionis regni, instru-
mentorum robur, conti-
nens obligationem bo-
norum, cum constitutio-

ne precarij, & pacto de
capiendo, Regia pragm.
prima titulē nostri, quam
fusē exomat Nouarius,
& libellus erit sequens.

7 In Regia Audientia
Calabriæ ultra, exponit
T. vidua quondam T.
qualiter annis præteri-
tis, fuit inter eos con-
tractum legitimum, &
solemne matrimonium,
cuius contemplatione
per T. patrem comparé-
tis fuerūt in dotem pro-
missi, & demum dicto-
cius viro soluti, & con-
signati ducati mille in
pecunia, & quingentum
in bonis, mobilibus, me-
diatis, publicis in-
strumentis, manu publi-
ci, & Regij Notarij stipu-
latis, in quo instrumen-
to promissionis dotum
dictus quondam eius via
constituit dotarium ex-
ponenti lucratum, secū-
dum cōsuetudinem hu-
ius Ciuitatis, & pro ter-
tia parte dotum confi-
gnatarum, seruata etiam
for-

forma Regiae nouellæ pragmaticæ, & pro restitutione dictarum dotium, & dotarij, in casu soluti matrimonij obligavit, & hypothecavit omnia sua bona stabilia, & mobilia, cum consti-tuto precario, & pacto de capiendo, ac cum alijs clausulis exequutiuis in ampla, & valida forma: verum quia factus est ca-sus restitutio[n]is dictarum dotium, & dotarij, cum dictus eius vir sic iam mortuus, & humane ser-pultus in Ecclesia T. Ideo recurrit ad eandem Reg. Audientiam, petens confirmationem predictis si-bi assistentiam praescribi, & concedi, cum appre-tio, & saouitate vendendi in forma ad eius elec-tionem, seruata forma Regiae pragmaticæ pro concurritu quantitate praedicta, & dotatio, vna cum interesse liquidan-do à dic morsæ super infra scriptis bonis, inde-

bite, & minus iuste pos-sessis, per infra scriptos, que tempore matrimoniū contracti erant in bonis, & de bonis praedicti eius viri, & in præmissis omniibus, & circa præmissa summa-tiæ sibi ius, & iusticiæ co-plementum ministrari, deducens, &c. non se-astringens, &c. isto, & omni alio modo metio-ri, &c.

8 Deficientibus itaque instrumento, & sollem-nitatibus requisitis in prædicta constitutio[n], vel clausulis contentis in dicta regia pragmati-ca huius tituli iudicium assistentia cessabit, & aliud magis ordinarium inten[t]abitur, prout in sequentibus latius tra-stabimus: nam quando statu[m] loquitur eum certa qualitate, ad hoc ut loquuntur habeat, verifi-cari debet qualitas, Dic. cons. 434. num. 1. & cons. 528. num. 12. & cons. 531. nu.

nu. 1. & 2. Et hanc doctrinam dicit esse communiter approbatam. Tertius inter cons. Anto. de Euse. conf. vls. nu. 1. in fini. & Clar. imprax. lib. 5. S. fin. vers. ubi agitur, & ita tenet Bart. in l. 1. S. 1. ff. ne quid in loco publ. & sic Dec. in conf. 222. num. 2; & 410. nu. 29. Curs. sed. in conf. 73. col. 2. in princ. quos citat, & sequitur Megal. in 2. tom. var. ref. resol. 165. nu. 8.

9. Assistentia vero, rigore instrumenti, continētis prædictas clausulas constituti, & precarij præstatur tam contra principalem, quam contra tertium possessorum, etiam principali non discussio. Rousus super i. pragmatica tituli nostri num. 1. Quod secus efficit si clausulae prædictae deficerent. Mafat. in fini. pract. iu. par. 1. Glos. 1. sentent. nu. 136. & 139. tit. de appell. qui plenē

disputando tenet, quod si una ex dictis clausulis constituti precarij, & paeti de capiendo deficeret, assistentia locum non haberet, cum debent copulatiuè concurrere, & ratio est, quia per clausulā constituti, træfertur ciuilis & naturalis possessio, licet ficta, ut probat Bartol. in l. quod meo, & l. interdum ff. de acquir. poss. & per clausulam precatij transferetur ciuilis tatum, ut probatur in l. 1. ff. de precatio.

Et sic non concurrentibus istis clausulis in instrumento continente specialia requisita præcitatæ cōstitutionis, hoc iudicium intentans, non obtinebit, & solet interloqui, quod conuentus absoluatur ab obseruatione iudicij: saluis iuribus auctori rectius agendi, & ita pluries vidi decilum in hac Regia Audientia.

Et

io Et an si per errorem
 Notarij prædictæ clau-
 sulæ non fuerint apposi-
 tæ utrum intelligatur de-
 stylo Notariorum. *Dec.*
conf. 247. & 449. Gram.
decis. 103. nū. 175. & seq.
 tenent non censeri, nisi
 apponatur: contrarium
 tamē tenet *Vrsil. ad Affl.*
decis. 139. num. 6. consti-
to de stylo Notarij, qui
in omnibus alijs cōtra-
cibis prædictas clausu-
las apponere solebat, &
per hoc censetur per o-
bliuionem omisisse, & ta-
li casu practicatur, quod
habeatur recursus ad
Præsidentem Sacr. Cōl.
à quo obtinebitur com-
missio in partibus pro
capienda informatione,
qua capta, & probato
stylo, & obseruatiā No-
tarij apponi consueuisse
in ceteris contractibus,
Sacr. Cons. auditis his,
de quorū interesse agi-
tur, decernit, quod clau-
sulæ prædictæ habeātur
apposita.

ii Deueniendo tandem
 ad probationes, circa
 extrema huius materiæ,
 in termino faciendas, &
 erit videndum, an sit re-
 quisitum necessarium
 probare dominium de-
 bitoris, vel tantum bona
 in actis deducta fuisse in
 bonis, & de bonis ipsius
 per notata per *Affl.* &
 quamuis dubitari vide-
 tur num. 8. *Rouitus super*
dīcta prag. diffuse discu-
tiendo hunc articulum.
nū. 8. & sequ. vltimo lo-
 co, cum alijs regnicolis
 videtur concludere non
 requiri necessarie pro-
 bare de dominio: sed tā-
 tum fuisse in bonis, & de
 bonis, prout etiam con-
 cludit *Affl. loco citato,*
& ibi addentes, & circa
extrema prædictæ als i-
*stentiæ vide *Tbesaur.* in*
decision. 38. quare mulier
articulādo procuret in-
frascripta probare.

Primo matrimonium
 tam de futuro, quam de
 presenti contractum...

D Se-

Secūdo dotes in cōtempłatione dicti matrimonij promissas, fuisse iam consignatas.

Tertio eius virum fuisse mortuū, & humane sepultum.

Quarto bona in rubrica descripta, & in actis deductā, quod tempore dicti contracti matrimonij, vel post fuerūt in bonis, & de bonis sui viri.

Quinto tunc detinēri, & possideri per cōuentum.

12 Fauore vero dotis, an iudicium assistentia intentari possit cum instrumento dotali, cum clausulis necessarijs, nō reassumpto; sed, quod defacili reassumi possit, vbi concurrūt etiam instrumenta publica cōsignationis dotium, in quibus prædictæ clausulæ necessariæ nō ad sint cum alijs adminiculis: vide *M. nad. decis. 6. & 11. Viuiñ decis. 318. & Muscas. in*

eis. de appellat. par. 1. gloss.
1. sensentia num. 159. &
sequ. qui dicit fuisse ad
fauore mulieris p. S. C.
decisum: nam est euitā-
dus circuitus: tanto ma-
gis quod instrumentum
dotale etiā mortuo No-
tario, iudice, & testibus,
fuit per Sacr. Conf. de-
cisum esse reassumendū
Capyc. decis. 171. Franch.
decis. 77.

Nota etiam, quod instrumentū dotale, lices in se non contineat hypothecam, fauore dotis censetur expressa: nam stipulatio tacita a lege inducta fauore dotis meretur exequitionē, sicut expressa: imò et si sine scriptis dos, vel debetur, vel promittatur, vel suscipiatur intelligitur facta stipulatio, & hypotheca ex vtraque parte, quasi fuerit scrip̄ta, *Megalius in 1. parte Prompt. ver. creditor num. 7. vers. tacitam hypothecā per sex. in l. vn. S. & vi plenius, in fine*

fine C. rei uxori. actione.
 & sic si maritus recepit
 dotem, & non promisit
 restitutionem in casu so-
 luti matrimonij, hoc pa-
 trum habetur uti expres-
 sum: Gramm. decis. 102.
 num. 14. & sequen. vide
 etiam *saxt. l. unica*, 5. et
ut plenius C. de rei uxori.
actione.

13 Obtenta itaque, ser-
 uatis omnibus de iure
 seruandis sententia affi-
 stetix remanebit ad elec-
 tionem creditoris, bona
 super quipus fuit as-
 sistentia predicta presti-
 ta, vendere subhasta, vel
 sibi pro concurreti qua-
 titate mediante appre-
 cito adiudicari facere, &
 absentia predicta no
 datur appellatio ad fi-
 nem retardandi exequu-
 tionis, quoad caput ad-
 iudicationis nisi quo ad
 actum de uolutiuū; pre-
 stita tamen cautione de-
 restituendo in casu re-
 tractationis; quod secus
 est quaado cligitur ca-

put vēditionis, ratio est,
 quia facta venditione si
 reus appellans, in appel-
 latione obtinebit, non
 habet actionem contra
 emptorem ad relaxatio-
 nem rei: sed tantum da-
 tur conditio ad prætū,
Franc. decis. 120. num. 8.
 & *Affl. decis. 261.* enu-
 merat hūc, & alios casus
 in quibus exequio pet
 appellationem non re-
 tardatur.

14 Si autem succubēs
 in presenti iudicio dixe-
 rit in continentia de nulli-
 tate corā iudice, à quo
 impedit sententiæ exequi-
 tionem, durante di-
 scussione nullitatū, quæ
 debent ex eisdem actis
 apparere, & formiter
 exprimi, & non tantum
 & que principaliter pro-
 ponni: *Muscas. in præciaria*
Gloss. 1. sent. num. 164.

Sed *Uicias*, quod in tri-
 bunalibus regijs, & col-
 legiatis non potest dici
 de nullitate sententiæ no
 facto deposito ducato-

D 2 rū

rum duodecim, nec potest dici de nullitate actorum, factorum ante sententiam, nec de praedicta sententia, nisi sit lata contra expreßum casum legis, vel publica scripturam nouiter reperta, & presentatam ante determinationem dictae causæ, ut per Regiam pragmaticam dictam de 28. capi num. 16. & sequ.

15 An etiam si petere tur aduersus sententiæ assistentiæ restitutio in integrâ impediretur exequutio; vide Muscas. loco citato num. 164. in verb. 6. priuileg. & Troy. in sit. de appellas. in causa assistentiæ in pragm. 29. & an adiudicata re, super qua fuit assistentia petita habeat debitor ius offerendi, & dic quod non Capic. decif. 41. num. 2. & decif. 202. num. 1. Affit. decif. 187. & Gram. decif. 51.

16 Et adverte, quod eti actor, & reus ratione

correlatiui ad imparia iudicari non debeant; quia correlatiuorū idem est iudicium. l. fin. ff. de acceptilat. Bald. in autb. qui semel C. quomodo, & quando Iudic. Corneus in consil. 145. num. 7. vol. 4. Megal. in Pröptuar. ver. correlatiua numer. 2. & in specie de actore, & reo Francb. in decif. 136. n. 3. tamē quia actor, & reus in multis diuerso iure regulantur, ut notatur à Doctoribus in l. de bis. ff. qui satisfar. cogant. & aduertit Megal. supra citat. nihil mirum si de iure regni per regiam pragm. de assist. actor sit magis privilegiatus, quam reus: per illā enim agens iure assistendi, obrento decreto assistentiæ, immittitur in possessionem, non obstante appellatio ne facta per reum.

Nec ideo dicendum est prædictam pragmatcam esse correctoriam juris communis, à quo de-

determinatum est, vt legitima appellatio interi extinguat, ac suspendat determinatum, vt probatur ex l. fin. ff. ad Turpill. l. furti §. 1. ff. de his, qui notant. infam. l. qui cū maior §. accusasse ff. de bon. liberor. cum alijs ad ductis à Megal. in sua 3. par. lib. 3. c. 2. num. 5. sed potius dicendum est ius commune limitare, prout etiam limitatur à lege unica C. si de modo posses. fuer. appellatu, vt per Megal. in d. cap. 2. num. 6. legum namque correccio vitanda est, vt latè per ipsum Megal. in suo Prōptuario ver. correccio n. 5.

Quis autē sit assistētia effectus vide apud Reg. Rouit. in dicta prag. 3. de assīst. num. 33.

Nec contra tertium possessore in nostro Re gno denegatur. assistētia bonis indiscessis in hypothecaria cōcurrētibus cōcurrentis, vt in Pragm. 1. de assīst. in antiqu.

De Actione reiuen dicationis.

S V M M A R I V M .

- 1 Reiuendicationis actio unde defumatur.
- 2 Libellus formandus in actione predicta.
- 3 Extrema probanda, iudicio predicto, que sint.
- 4 Conuentus, conuictus de mendacio, amicitia causam
- 5 Bona fidei possessor, ante measur de interiture rei.
- 6 Prius obtinens sententiam, debet in possessione manuseneri.
- 7 Quid agendum contrarium possessorem, si prius definat dolo possedere.
- 8 Possessor bona fidei, quas expensas deducat.
- 9 Sententia lata contra colnum, an prejudicet dominio.
- 10 Fructus, quando intelligantur possessoris, & quādo auctoris.

Hec

- H**ec materia de-
sumitur ex *toto i-
tulo ff. & C. de reiudic.*
& ibi doctores, vbi plene
inuenies hanc materiam
diffusè tractatam, & hæc
actio reiudicationis est
valde frequentata, tam
*in regijs, quam barona-
libus curijs: beneuerum*
*est, quod iudicium præ-
dictum, est ordinarium,*
*& ab eius sententia da-
tur appellatio, & ob id*
censui ante omnia, esse
notandam formā libelli,
qui communiter super
*actione prædicta conci-
pi solet.*
- 2** In Regia audiētia Ca-
labriæ ultra exponit T.
qualiter T. indebite, &
minus iustificet, & pos-
sideret quandam vineam
arboratam diuersis ar-
boribus, sitam, & positā
in loco dicto &c. iuxta
tales fines, quæ iure do-
minij, vel quasi, & ex
alijs legitimis causis,
spectat, & perinet ad
comparentem ipsum, &
- licet pluries requisiuit.
set dictum T. ad relaxā-
dum vineam prædictam,
recusat, & recusat in
maximū exponētis præ-
judicium, & interesse.
Ideo recurrit ad eandē
regiam audientiam, pe-
tens constito de prædi-
ctis, decerni, & declara-
ri dictā vineam specta-
uisse, & spectare ad ipsū
comparentem ex causis
prædictis, & consequen-
ter dictū T. condēnari,
& condemnatum cogi,
& compelli, ad relaxādū
prædictam vineam vñā
cū fructibus perceptis,
& qui percipi potuerūt,
& in præmissis omnibus,
& circa præmissa sum-
marie sibi iuris, & iusti-
tiae complementum mi-
nistrari, implorans &c.
nō se astringēs &c. isto,
& omni alio modo me-
liori &c.
- 3** In actione prædicta
duo potissime extrema
sunt probanda, & verifi-
canda scilicet dominiū
ex

*ex parte agentis, & pos-
sessio ex parte cōuenti,
& licet dominiū sit dif-
ficilis probationis , vt
probatur in l. sum res C.
de probat. cum hac actio
particulariter spectat a-
ctori , pro rebus corpo-
ralibus reuendicandis ,
ac etiam pro rebus mo-
bilibus,& sese mouenti-
bus, vt habetur in l. i .C.
de reuendic. & est articu-
landum.*

Primo quod pater,
vel auus actoris, vel alia
persona, cuius hereditas
ad actores spectat, tēpo-
re, quo viuebat , tene-
bat, & possidebat fundū
in actis deductum , & de
eo percipiebat singulis
annis fructus , illius co-
lendo, vel alteri locādo:
nam hi sunt modi , qui-
bus probatur dominiū,
sive possessio, vt refert
*Mastard. in suo tract. de
probat. lib. 2. cōctus. 1181.
¶ 1182. & sequen.*

Secundo quod actor
est heres, vel alia legiti-

ma persona illius, cuius
bona reuēdicare inten-
dit.

Tertio debet articu-
lare, & probare fructus ,
qui consequi potuerūt,
ex fundo prædicto, & il-
los specialiter in libello
petere, ac illorum valo-
rem in specie verificare,
ad hoc vt sequi posset
condemnatio, vt preba-
tur in l. qui refitare ff. de
reiuendic. & quod con-
uentus possedit, & possi-
det licet indebitē per
tot annos.

Quarto debet articu-
lare , & probare identi-
tatem fundi, cuius reuē-
dicatio petitur, & quod
fuit in dominio , & pos-
sessione personæ, cui a-
ctor succedit.

Et si erretur in con-
fundib, rei petitæ, & cō-
stat de corpore illius fū-
di, non per hoc actor nō
obtinebit, non obstante
errore , text. est in l. quo-
quidem §. cūm in rem agi-
tur ff. de reiuend.

Scias

4 Scias autem, quod si actor petierit depositio- nem principalis conue- trad sciendum, si possi- det, necne, fundum, cu- ius reuendicatione pe- tit, quæ depositio potest peti, ante, & post litem contestata. *Bart. in l. qui petitorio ff. de reuendicat.* & in l. si bominem ff. de reuend. si conuentus cū iuramēto negauerit pos- fidere, & actor per duos testes promptuarios il- lum conuincit de men- dacio, in poenam men- dacij, amictet possessio- nem fundi, & per iudicē interponitur decretum, quod possessio dicti fun- di transfertur in actore, & practica probatur ex- presse extext. l. fin. & ibi *Gloss. c. de reuendicatione.* Est etiam sciendū, quod si fundus, qui petitur à duobus socijs possidea- tur pro indiuiso; actor poterit vnum ex socijs conuenire, & probata possessione obtinebit, si

cet alterum non conue- nerit, vt probatur in leg. Pomponius ff. de reiuend. & si sit malefidei posse- sor non solum tenetur ad restitutionem rei: sed etiam ad interesse l. non solum ff. de reiuend.

5 Et si actio reuendica- tionis intentabitur con- tra aliquem possidētem animalia, que ad auctore spectant iure dominij, vel quasi lite contestata cum conuento, id est da- to termino in causa, (ex quo hodie in ciuilibus lis non contestatur:) a- nimalia ipsa mortua fu- erint, conuentus ad pre- tium tenetur, licet illa mortua fuerint sine suo dolo, & culpa, cum di- stinctione tamen addu- cta per *Bart. in l. item se verberatum. S. si seruus S. de reuendicat.*

6 Est etiam notandum, quod si diuersæ personæ petat fundi reuendica- tionem, & unus actorū obtinuerit prius senten- tiā

tiam cōtra possessorem,
& adeptus fuerit posses-
sionem, & deinde fuerit
lata sentētia reiuendic.
in fauorem alterius , qui
prius obtinuit, debet in
possessione manuteneri,
præstanto cautionē dē
eximendo indemnem
possessorem primū con-
uentum l. is à quo ff. eodē,
& si aliquis conduixerit
domum per annum , vel
plus, & fecerit in ea spe-
cularia appannatas , vel
columnas , aut statuas ,
& dominus domus fini-
to tēpore locationis nō
permiserit cōductori il-
la extrahere , competit
utilis reiuēditio pro re-
bus prædictis officio iu-
dicis , contra dominum
domus ex text. l. baba-
tor ff. eiusdem tituli , & e-
xaminatis duobus testi-
bus , statim obtinebit ;
quando tamē summarie
in promptu eius sumptui-
bus fecisse demonstra-
bit .

7 Restar modo videre,

an si reus conuentus de-
sinat dolo possidere fun-
dum in actis deductum ,
lite pendente vel lata
sententia , an requiratur
nouus processus contra
nouum possessorem , vel
sententia prædicta cum
primo possessore lata e-
xequutioni demādabi-
tur, & dic , aut alienatio
prædicta fuit facta lata
sentētia , & eo casu exe-
cutioni demādatur cō-
tra nouum successorem .
textus. est in l. ss mater §.
fin. & l. iudicare rei in fin.
& l. ss à se ff. de except.
rei iudic. si vero lite pē-
dente cum distinctione ,
aut agebatur iure domi-
nij , & ex quo erat effe-
ctum litigiosum rransit
ius exequendi contra
dictum successorem l. 2.
& fin. C. de litigios. secus ,
si agebatur iure pigno-
ris , qui nouus requiritur
processus . Bart. in l. cre-
ditor C. de pignor. in hoc
casu vide Franch. deci-
sione 545.

E Pos.

8 Possessor. n. qui à principio fuit bonæ fidei, & post factò effectus male fidei, & e cōtra, quomodo, & quas expensas deducat, narrat Bart. in *Lis fundo. ff. de reiund.* & qualiter possessor bonæ fidei possit dolum committere dicit idem Bart. in *l. si homo ff. eodem.*

9 Aduerte etiam, quod sentētia lata contra colonum non præjudicat domino, nec in proprietate, nec in possessione. Bart. in *l. officium ff. de reiund.*

10 Et pro fine huius status, scias, quòd possessor tenetur, non solù ad fructus perceptos: sed qui percipi potuerunt: Bart. in *l. fructus. ff. eodē.* & quando fructus percipiendi intelligantur de percipiendis à possesso- re, & quando à petitore, vide eundem Bart. in *se- quent. l. & ex diuerso ff. de reiundicas.* & pro fructibus, qui lite pendente

percipiuntur, potest iudex sibi declarationem referuare idem Bart. in *præcita l. S. ubi autem ff. eiusdem tituli.*

De Actione redibitoria.

S V M M A R I V M .

- 1 *Actio redibitoria, cui cōpetat, & quando.*
- 2 *Quæ concurrere debent in actione predicta.*
- 3 *Ignorantia venditoris, & emptoris nō excusat.*
- 4 *Forma libelli in actione, predicta.*
- 5 *Evidētia morbi, quid ope- retur.*
- 6 *Vendens animal. morbosū scienter ad quid tene- tur.*
- 7 *Animal moriens intra tri- dum, præsumitur mori argitudine generata a apud venditorem.*
- 8 *Quid erit in dicto casu articulandum.*
- 9 *Venditor tenetur distincte*

em-

- emptorē promovere de
vitio rei.
10 Actio redibitoria, quando
cessat.

Actio redibitoria cōpetit empori equi morbosī, contra venditōrem, quia hoc casu venditor tenetur recipere equum, quē vendidit, & illius prætium emptori restituere, ut habetur per sextū. in l. redibitoria ff. de redib. actio.

2 Et ad hoc, ut hæc actio competat, quatuor concurrere debent, primo, quod interueniat venditio, aut permutatio aliquius animalis. secundo puod animal sit morbosum. tertio quod morbus sit latens, nec apparet tempore venditionis. quarto quod morbus effectualiter latebat ante venditionem, ut retinet D. Ludouici Pegueri in decis. 126. num. 3. Tu verò adde quintum requisitum, scil. quod em-

ptor rem illam nō emis-
set, si vitium cognouis-
set, nam si, non obstante
tali vitio equū emisset,
tunc cōceditur illi actio
quanti minoris emptu-
rus fūisset, vt dixerūt Cy-
nus, & Bart. in l. 1. C. de
edil. edic. quos sequitur
Fabian. de Monte de em-
ption. & vendit. q. 6. prin.
num. 56. & Megal. in sua
2.2. lib. 2. cap. 6. nu. 152.
per texs. in l. Iulianus, &
l. labeo ff. de contrahend.
empt. At si equum non
emisset tunc datur actio
redibitoria, vt per Me-
gal. in d.c. 6. num. 154. &
in num. 155. ponit quā-
do hæc actio incipit cur-
rere, & quanto tempore
durat.

Et quò ad quartum
requisitum Ludouici à
peguera aduerte, quod
redibitoria datur nō so-
lam quando vitium ve-
zè latebat tempore ven-
ditonis, sed etiā pro eo,
quod post breue tempus
apparuit, quia præsumi-

E 2 tur

tur ab initio ante venditionem adfuisse, ut post Fabianū de Monte, Cynū, & Baldum, quos scitare, senet Megal. in d. c. 6. num. 156.

- 3 Actio vero prædicta competit empori, etiā, quod empor, & venditor ignorassent morbum animalis vēditi, eo quia ignorantia vendoris illam nō excusat: sed quādo morbus est ambobus notus, nō competit hēc actio, ut probat idē Perguera in supracitata decis. num. 6. & non solum hēc actio cōpetit contra vēditorem, quoad restituitionem prætij animalis: sed ad totū interesse passum, quæ conclusio procedit, quando vendor scienter vēderet animal morbosū; & sequēs erit forma libelli.
- 4 In Regia Audiētia exponit T. qualiter diebus præteritis emit à T. quedam equū pilatura &c. ducatis quinquaginta iā

dīcto venditori solutis pro prætio dicti equi, qui inde ad tres dies fuit reperitus morbosus, quodā latenti morbo, per dictū venditorem nō expreso, quo casu contra eundem sibi competit actio redibitoria, & pluries requiescit dictus vendor ad sibi recipiendum equeum prædictum, & restituendum prætium, recusavit, & recusat: ideo recurrit ad eandem regiam Audiētiā petēs, cōstito de prædictis, taliter, quod sufficiat dictū venditorem cogi, & cōpelliri iuris, & facti remedij oportunis ad sibi recipiēdum equum, & restituendū prætiū, vñ cum omniibus damnis, expensis, & interesse liquidandis, & in præmisīs omnibus summarie sibi iūs, & iustitiā ministrari nō se astringēs &c. deducens &c. isto, & omni meliori modo.

- 5 Sed quid si morbus es-

set patens, & euidens, veluti quia equus venditus esset cecus alicuius oculi, vel claudus, vel alium habens apparentem morbum, vel signum; hoc casu, quāvis vendor emptorem nō certiorasset: tamē actio ne redibitoria non teneatur, nec est necessaria alia declaratio, vt probatur in l. I. S. si intelligatur, & l. si tamen S. ei, qui ff. de edilitio editio, & idē decisū refert dictus de Peguera præcita decisio numero 8. & ita tenet Megal. in d.c. 6. nu. 151.

6. Et quando vendor animalis morbosī, scienter vēdīt animal morbosum, vel vitiosum, tenetur ad omne interesse, passum per emptorem, refert Surdus decis. 146. nu. 5. & si ignorauerit vitium, vel morbum, tunc solū tenetur ad interesse, quāti minoris potuissest vendi animal, idem in præcita decis. num. 6.

quæ actio quanti minoris est duplex, vna quæ finitur anno, alia perpetua, vt refert Iason in l. certi conditio ff. certum pertatur nu. 26. Glos. & Bart. in l. Julianus C. de action. emptionis, & nulli dubiū est, quod vendor sciēs vitium animalis vendit, tenetur illud notificare, secus præsumitur, illud tacuisse animo decipiēdi emptorem, vt probat idem Surdus in supracita decis. num. 7.

7. Item si animal morbosum deceperit infra terrium diem venditionis præsumitur mortuū ex præcedēti morbo, generato apud venditorem, vt refert Ioseph. Ludou. Perus. in decis. 118. Boer. decis. 324. num. 12. in 2. p. Nouarius decision. Apuleo 50. num. 2. Megal. in d.c. 6. num. 156.

Et si fortasse vēdīt se protestasset expresse nolle teneri de vitijs animalis; ā nihil minus tenea-

neatur, & distingue, quod aut protestatio fuit facta generaliter, & nihilominus tenetur, aut specialiter, & verbis specialibus: v.3. nolo teneri de tali vitio, & non tenetur. L. quero ff. de action. empt.

Si vero erat vitiū patens, emptori notum, nō tenetur vēditor, & ea quā cōmendandi ff. de contrab. empt., aut non erat notū, & tunc tenetur, quia dolum venditoris præponderat culpæ emptoris l. item si obſtrix in fin. ff. in l. Aquil.

Sivero uterque erat ignorans, tunc agitur quanto minoris, vt supra dictum est, & agens redibitoria pro uno vitio, potest protestari de alijs non apparentibus, & de eis sibi reseruare ius agendi quā docūque apparuerint. Marant. in suo specul. par. 4. an sit iudicium ciuilis, vel criminale num. 26.

Et si acciderit quod,

pendente iudicio super predicta redibitoria ex causa morbi res sit esse. Etā sana; an hoc non obstante possit iudex condemnare venditorem, & dic quod non, cum doctrina Bart. in l. Vranius in ff. de fiducia. vbi vult, quod pendente aliquo iudicio, deficit causa illius iudicij, illud impeditur, & idem voluit in l. pluribus §. Et si placet ff. de verbor. obligation. item Marant. in supradicto suo tract. par. 4. an sit iudicium uniuersale, vel particolare num. 60. vbi in præcedētibus numeris inuenies diffusè tractatam hanc questionem, & sequentibus.

8 Et in his casibus est articulandum super omnibus quatuor capitibus secundo numero huius questionis notatis, & alijs, quæ occurtere poterunt, prout casus euerterit.

9 Nec venditor, sciens rei

rei vitium, licet per verba generalia exprimat, nolle teneri, liberatur: nam tenetur distinctè emptorem præmonere de vitio rei. *Surdus decisione.* 146. num. 12.

Nec liberatur venditor si sciens vitium occultum equi quem vendit, illum vendat cum expressa ptestatione se illum vendere tanquam omni vitio affectū, & inter multa vitia exprimeret etiam vitiū illud occultum, nam per talem insidiosam enumerationem vitiorum facile fallitur emptor, ut tenet *Megal. in d. c. 6. nu. 165.* per text. & ibi glos. in l. ea, que in fine ff. de contrab. empt. & in l. i. S. i. ff. de action. empti

10 Et pro fine huius questionis, ad hoc ut scias, quando cessat actio prædicta redibitoria, vide eundem *Io. Petrum Surdum in supracitata decis. num. 1.* & *Affl. 8. in decis.*

73. & *Tepatium variar. iuris sententiarum tom. 3. sit. 406. de actione dedibitoria, quanti minoris.*

Super petitione legati.

SVM MARI VIM.

- 1 *Legatario pro consequencie legati, quae actiones competunt.*
- 2 *Legatario competit etiam remedium exequiū.*
- 3 *Forma libelli in iudicio predicto.*
- 4 *Modus procedendi per viā præcepsi pro cōsequencie legati.*
- 5 *Forma articulorū in primis tribus actionibus.*
- 6 *Interesse legati non debetur nisi à die interpellationis.*
- 7 *Legatarius, quando proprio ausboritate possit rem legatam capere.*
- 8 *Fetus nati post testamensum, quando ad legatarium pertinebunt.*

Vna

- 9 *Vna ex legatarijs mortua, antequam dies legati cedat portio illius, an cōpetat hæredibus, vel alteri legataria.*
- 10 *Vxor pro dote legata, non tenetur expectare annū restitutionis.*
- 11 *Causela, quod usufructuarius non teneatur dividere fructus cū proprietario.*
- 12 *Testator, legans scienter rem, per ipsum non possessam hæres tenetur ad extimationem.*
- 13 *Legatum, quando presumatur factum animo compensandi.*
- 14 *Legatum purum, etiam mortuo legatario transfit ad eius hæredes.*
- 15 *Trebellianica, quid sit, & quādo detrabatur, prout etiam & falcidia.*
- 1 **L** Icet regulariter, pro legato consequendo, tres legatario competat actiones, pro consequtione rei, vel pecunia legatæ; Nempe actio personalis, siue rei uendicatio, actio ex testamento, & actio hypothecaria; ut volunt *DD.* in l. 1. ff. de legatis 1. & l. cum filius S. varijs ff. de legatis 2. & in qualibet istarum actionum diversus sit formandus libellus, quarum primus in actione personali, seu rei uēdicationis legatarius in libello debet concludere, quod condemnatur hæres ad relaxandū, & dimicendum rem, vel fundum sibi à testatore legatum vñā cum fratribus &c.
- Et in actione ex testamento cōcludere hæredem ex testamento cōdemnari, & condemnatum cogi, & compelli ad soluendum ipsi legatario, ex bonis hæreditarijs, per dictum hæredē possessis ducatos tot sibi in testamento à testatore legatos.
- In actione vero hypothecaria debet conclu-

cludere per hæc forma-
lia verba, narrato facto,
Ideo instat comparentē
ipsum legatarium immi-
cti in possessionem sub-
scriptorum bonorū pos-
sessorum per dictum hæ-
redem, quę fuerunt in
bonis, & de bonis dicti
testatoris, vt per dictum
hæredem possellis, reti-
nendi per ipsum legata-
rium loco pignoris, &
hypothecæ donec, &
quousque fuerit de quā-
titate sibi legata satisfa-
ctus.

2 Sed vltra supradistas
tres actiones, competit
etiā legatario aliud re-
medium exequitium,
pro cōsequutione legati,
vt probat *Ioseph. Lud.*
Perus in decis. 23. num. 9.
& probatur etiā in *Au-
thent. de hærede & falcid.*
in §. illud in verb. decreto,
& per *Camill. Borr. in oöf-
8. nu. 14.* & forma libel-
li erit sequens

3 In Regia Audiētia Ca-
labriæ vitta exponit N.

qualiter in vltimis con-
stitutus N. suum condi-
dit testamentū stipulatū
manu pub. & Regij No-
tarij, in quo suum hære-
dem vniuersalem insti-
tuit N. & inter cetera
legata legauit exponē-
ti fundum N. situm &c.
& cum tali testamento
dictus testator decessit,
& dictus hæres hæredi-
tatem adiuit, & pluries
ab ipso comparente re-
quisitus pro cōsignatio-
ne dicti fundi legati re-
cusauit, & recusat illius
possessionem comparē-
ti consignare. Ideo re-
currit ad eandem Regiā
Audientiam, & consti-
tuam summariè de expositis
per viam præcepti instat
cogi dictum hæredem
ad cōsignandum expo-
nenti possessionē fundi
legati, vnā cū fructibus,
alias eo recusante com-
parentem ipsum immicti
in naturalem possessionē
prædicti fundi, & in ptæ-
missis omnibus summa-

F rie

riè, & executiù procedi omni modo meliori &c.

- 4 Et non solū potest via exequutiua agi quando est legatū aliquod corpus hæreditarium sed et si legatur pecunia, ut refert idem *Perus. in dicta decis. nu. 12.* & hoc casu, quādo est legata pecunia legatarius id in libello exprimete debet, & tūc exhibita particula legati, & fide aditionis hæreditatis aditē per dictum hæredem. Tunc Iudex summarie, & executiù per viā præcepti poterit interloqui in hunc modum. Per Regiam Audientiam & infra scriptum magnificum Auditorem sicut prouisū per viam præcepti exequutiui quod talis heres infra biduum soluat superdicto legatario pecuniam legatam, alias termino elapso, & nō satisfacto legato prouidebitur, quod exequatur super bonis hæreditarijs,

& ita &c. & intimetur.

Verū in casu discrepātiæ dabitur legatario aliqualis terminus ad docendum hæredē conuentum possidere bona hæreditaria, & quod fuerunt in bonis, & de bonis testatoris, & in dicto præcepto exequituuo incusātur prima, & ultima contumacia, & docto, quod hæres possideat fit secundum, & tertium præceptum consimile, & de inde deuenitur ad expeditionem literarū exequitorialium, & ex equitiù proceditur ad exequutionem, & sic practicatur in Regia Audientia eandem opinionem sequitur *Ioannes Guille- res praticarum question. quest. 80. lib. 1. & Stephanus Gratianus in decisio. Rosa Marchie 4. nu. 69.* Qui etiā de cōmuni testatur posse p legato agi via exequutiua, ultra illas tres nominatas actiones: Verum procedit quā-

quando hæres nō negat testamentum, & quod tali casu agendo via exequitua decretū habet exequutionē paratam; refert idē *Gratian. n. 71.*

5 Et in illis primis tribus actionibus sunt formandi articuli in sequentem modum. &

Primo testatorē condidisse testamentum stipulatum manu N. Not. in quo talē instituit hæredem vniuersalem.

Secundò articuletur mors testatoris.

Tertio, quod dictus hæres hæreditatem adiuit, & inuētarium fecit.

Quarto, quod testator prædictus tempore mortis possidebat rem legatam, vel alia bona hæreditaria ad presens per dictum hæredē possessa ex illis percipiendo fructus, & disponendo &c.

Quinto, quod est elapsus annus mortis testatoris.

Sexto, Quod hæres fuit à legatario pluries interpellatus ad soluendum legatum, & fuit, & est in mora.

6 Etiam sciendum est, quod interesse legati nō debetur legatario, nisi à die iudicialis interpolationis, vt probatur in l. 1. & 2. C. de vñiris, & fructibus legatorum, ve etiam refert *Præsidon. de Franch. decis. 583 num. 3.* & sic fructus fūdi legati debentur à tempore prædicto.

7 In casu, quod heres recusauerit legatario equū à testatore legatum cōsignare quare legatarius propria authoritate, & non à manu heredis ceperit equū incidit in poenam l. non est dubium C. de legat. sed ad hoc vt legatarius possit propria authoritate capere legatum, ponunt cautelā doctores, quod testator instituat legatarium hæredem in re certa, quia

F 2 tali

tali casu potest rem legatam propria auctoritate occupare, vt refert *Ioannes Dilectus de arte testandi in titul. de legatis, caus. i 2.* aliud remedium est, quod testator in testamento det licentiam expressam legatario capiendo legatum propria auctoritate, & tunc non incidit in poenam praedictam, vt probat idem in citat. *caut. i 2.*

8 Si verò testator suas legauerit vaccas alicui, & post conditum testamentum vaccæ legatæ parient, an vituli debeantur legatario, concludit dictus *Ioannes Dilectus in caut. i 0.* vitulos natos non cedere in beneficiū legatarij: sed herendum, *l. si ita ff. de leg. 3.* ni fallor non probat id ad quod allegatur, & cautela est optima, sed indiget probatione: sed vt vituli debeantur, cautela est, quo testator leget armatum vaccarum, vel gregem

ouium, & vtatur nomine collectiō, & tunc factus nati post testamentum pertinebunt ad legatum ex l. grege legat. & ibi *glos. Bart.* & alij ff. de legat. i.

9 Si autē testator legaverit duabus sororibus, vel filiabus suis ducatos mille solvendos ab herede infra duos annos à die eius obitus, & vna illarum antequam veniret dies solvendi legatum mortua fuerit, queritur, an portio dicti legati competat heredibus, vel alteri legatarij, & conclusio est quod altera legataria viuens debet preferri heredibus testatoris, & consequi debet integrum legatum iure accrescendi text. est in l. reconiungi ff. de legatis 3. & ex S. si ita C. de caducis tollend. nam coniunctio verbalis inducitur ex nomine collectiō, & ius accrescēdi est inter cōiunctos in l. qui quartam S. fin.

S. fin. & ibi Bartol. ff. de legatis 1.

10 Si autē maritus in suo ultimo testamēto legauerit vxori suæ dotes receptas, mortuo viro vxor potest consequi dotes ab heredibus sui viri, non expectato anno, & potest illos statim cogere ad restitutionem dotium, ut habetur *ex text. l. i. & ibi Bart. ff. de dote prælegata, ex quo tale legatum dotis prælegatæ aufert heredi beneficiū dilationis anni dati à legge ad restituendam dotem ex §. exactio Cod. de rei uxoria actio.*

11 Prout si testator ligauerit Titio vineā, & Ca- yo eiusdem vineæ vſufructum, Titius, & Cayus in vſufructu vineæ concurrūt, & vterque vſufructus partem obtinebit *ex text. l. si alij ff. de vſufructu legat. sed si testare velis vſumfructum consequi posse integrū cautela est, quod testa-*

tor leget vineam sine diminutione vſusfructus alio relicti : secundum relata per Bart. in dicta l. si alij.

12 Si legauerit Cayo vineam Titij scienter, tūc Cayus potest consequi ab herede extimationē vineæ legatæ, vt refert *Ioannes Dilectus in tit. de legatis caut. 32. licet heres possit detrahere falcidiam ex legatis ex tex. l. i. ff. ad l. falcidiam, & ad hoc ut non detrahatur remedium est, quod testator in suo testamento expresse prohibeat detractionem falcidiæ, quā prohibere potest ex §. & vero expressum in aust. de hered. ea falcid. & habetur per Detium in consil. 257. & legatum ad vitā mortuo legatario, reddit ad heredes testatoris, & nō legatarij ex tex. l. fin. & ibi Glos. in verbo remanentibus C. de legat.*

13 Si debitor legauerit creditori suo aliquā pecunia

cuniae quantitatem, an tale legatum videatur factum animo compensandi, & hoc casu distinguendum est, quod aut debitum est voluntarium, veluti ex contractu, & hoc casu creditor potest consequi utrumque, quia non dicitur relatum animo compensandi, ut refert *Gomesius variar. resolut. in titulo de legat. num. 27.* Ita, & si maritus legauerit uxori aliquam pecuniae quantitatem, tale legatum non dicitur factum animo compensandi cum dotibus: sed uxor tali casu potest petere legatum, & dote ex text. l. i. S. sciendum Cod. de rei uxoria action. & refert idem *Gomes. in citato tit. num. 27.*

14 Legatum purum alicui legatario factum, transmittitur ad eius heredes ex text. l. i. S. cum igitur C. de caducis tollend. & refert *Camillus Borrellus in consil. 22. num. 10.* prout

etiam legatum sub modo factum ad heredes transmittitur *Gomes. in tit. de legat. num. 71.* & etiam, quod sit legatum in die prout indistincte, quando legatum sit purum tenet *Peregr. de fideicom. art. 31. num. 2. Bart. in l. cum filio familias ff. de legat. 1.* & ex morte testatoris transmittitur ante aditam hereditatem l. si post diem ff. quando dies legatis cedit, l. vir uxori ff. de dote prelegata, & l. unica S. sin autem sub conditione S. cum igitur, & in S. nouissimo. C. de cadu. tollend.

Et quando propriè relinquuntur legatum sub conditione, & quot sint species conditionum, enumerat *Michael Crassus in lib. sententiarum S. legatum quest. 46.*

Et si testator legauerit Bertæ centum pro eius maritagio, si antequam nupserit moriatur, an legatum debeatur heredibus Bertæ, & dicas, quod

quod non: sed debetur heredi testatoris, vt refert idē Borrell. cōf. 96.n.
z.ex doc. Bart. in l. Titio centum §. Titio genero ff. decondit. & demonstrat.

Et nota, quod legatū factū pro maritagio debetur, etiam pro monacatu, Auth. nisi rogati C. ad trebell. dummodo legatum sit relictum certæ personæ maritandæ, vt per Megal. 10. 2. variar. resol. resolut. 146. nu. 12. Et si pater legavit filiae si nupserit mille, & si monacatur centum, si monacatur debetur mille, contra voluntatē testatoris, Mastrill. decis. 153. num. 10. Et potest sequi dubium, an legatum piū diminuatur cū alijs, nō existente herede soluendo vide Franch. decision. 236. nu. 2. & onus impostum legatario diminutur per diminutionem legati, idem Franch. decision. 362.

Et si aliqua res fuerit

legata vni, & duo sint eiusdem nominis heres mortuo testatore, potest eligere, cui ex duobus velit dare legatum, ex text. legis si quis seruū §. si inter duos ff. de legatis 2.

15. Scias itaque, quod trebellianica deducitur à legatarijs vniuersalibus, sed nō à particularibus, sed tantum falcidia, vt habetur in toto tit. ff. & C. ad leg. falcidiā, & de communi testatur Pereg. de fideicommiss. art. 3. nu. 13. & 14. & falcidia est quarta pars legatorum vt refert Bart. in l. Marcellus ff. ad senatus consul. Trebellianum, detrahitur etiam Trebellianica ab herede vniuersali fideicommisso, & trebellianica tamen est quarta pars, vt refert idem Peregrian. in d. art. & habetur in l. in quartam ff. ad legem falcidiā, vbi habetur quāta sit falcidia.

Et nota quod nec falcidia,

cidia, nec trebellianica detrahitur de legatis fatis ad pias causas idem *Peregr. dicto art. 3. n. 71.*
& 72. & in hoc est differentia inter falcidiam, & trebellianicam; nam trebellianica est quarta pars, quæ detrahitur ex fideicōmissis vniuersalibus: falcidia vero, est quarta pars, quæ detrahitur ex legatis vniuersalibus, ut probat idem *Peregrinus in dicto art. 3.* Bene verum est, quod testator in suo testamēto iure authenticorum potest prohibere detractionem falcidiæ ut refert *Christophorus Portius in tit. de l. falcidiæ nu. 7.*
& Michael Crassus in lib. sententiarum S. trebellianica quest. 18. ad partes disputat, an detractio trebellianicæ possit fieri contra expressam prohibitionem testatoris, & an trebellianica sit quarta hereditatis pars, vel bonoru, & sit quota

hereditatis, tenet idem *Crassus loco citat quest. 2.* & an de vna, vel qualibet re hereditaria detrahi possit disputa. *quest. 9.* affirmando trebellianicam detrahi de relictis vniuersalibus, siue relicta sint per modū legati, siue fidei cōmissi *quest. 5.* & quod imputatur in falcidiam, & in trebellianicā refert idē *Crassus quest. 10.* & prout illarū detractio fit de legatis, & fidei cōmissis vniuersalibus, fit etiam de particularibus, idem *Crassus in S. falcidia questione 3.*

Adde etiā quod quādo hereditas non est opulēta in pecunia, ut refert *Surdus in decis. 30.* heres ad instantiā legatariorum cogitur etiam per capturā personæ ad vendendum bona hereditaria ut satisfaciat legatarijs dē eorum legatis, etiam in præiudiciū vſufructuariorū, quibus per

per testatorem fuerit relictus vslusfructus dictorum bonorum, ea ratione, quia beneficium inventarij tribuit hæredi hanc potestatem ex dispositione l. fin. S. & si p̄f̄atam C. de iur. delib. & refert Sanctius in tract. de inuenario num. 49. fol. 84. imo si essent bona feudalia in hæreditate adhuc hæres cogitur ad vendendum feudū vsq; ad valorem in satisfactionem legatorum, vt deciſum refert Praſ. de Franch. deciſ. 704. num. 2. & 5.

Est etiam vltimo loco notandum, quod legata pluribus modis adiuntur, de quibus latifimè per Ioseph. Ludou. in concl. 24. sub tit. de adiſmen. legat. & inter alios, quando testator ipſe alienauerit voluntariè rē legatam, ex iex. l. fideicōmis. S. si rem ff. de leg. 3. & ex Hierony. Gabr. in conf. 12. Franch. deciſ. 283.

Dicitur etiam ademptum, quando post aliquem actum intermedium eadem res relinquitur eadem personæ ex Glos. communiter approbata in l. nam ad ea ff. de cond. & demonstr.

Non dicitur tamen legatum ademptum, si testator rem legatam ali cui pignorauerit. l. si maritus la seconda C. de don. inter virum, & uxorem. Bar. in conf. 8. 1. nū. 80.

Et si testator pignoras- set rē legatam pro facto alieno, hæres tenetur redimere rem illam legatam, & pignoratam, & illam preſtare legatario, vt per Bar. & DD. in d. S. si rem. Bar. in l. si tibi homo. ff. de leg. 1. & refert Ludou. in citata concl. 24. ampliat. 11. declarat. 2.

Legatum etiā potest adimi per testatorem nō solum in testamento: sed in codicillis, vt probatur in tit. de adiſmen. lega. Inſtit. in princip. vt per

G Bar.

*Bar. & alios DD. ex l. si
ita scriptum. ff. de legat. i.
& in l. hæredes palam §. si
quid post ff. de testam.*

*Et vide Pau. de Castr.
in l. 3. in tit. de legatis, qui
quatuor modis limitat
ademptionē legati, per
alienationem rei legatę,
tenentem, quod si resta-
tor post alienationem
rem redimat, quod lega-
tum non reconualescat,
quod fallit fauore pię
causę, vt tenet Tiraqu.
in tract. de priuilegiis pię
causa priuilegio 40. qui
etiam tenet, quod fau-
re pię causę per alie-
nationē rei legatę, etiā
non redemptę, legatum
ad pię causas factum
non extinguatur priuil.
q. & 42. & quamuis
Fran. Mantica de coniect.
ultimarum voluntasum
lib. 12. tit. 6. referens om-
nes casus, per quos le-
gata adimuntur, teneat
cōtrarium, ex cons. Nat.
16613.*

De aditione hæredi-
tatis cum benef.

l. & Inuen.

SV M M A R I V M.

- 1 *Hereditas desertur ab in-
testato, & ex testamen-
to, & quomodo.*
- 2 *Inuentarium quid consi-
nere debet.*
- 3 *Heres durante tempore
inventarij confectionis,
an possit conueniri.*
- 4 *Heres conuentus ex con-
tractu defuncti non de-
clinat forum.*
- 5 *Heres creditor testatoris
defuncti, quomodo de-
beat hereditatem adi-
re, & sibi satisfacere,
& actiones non con-
fundet.*
- 6 *Actiones defuncti confun-
dantur in hæredem de-
bitorem.*
- 7 *Heres continual possefso-
nem defuncti, & illius
confessionem erroneam
revolet.*
- 8 *Heres quando adiuiffe
bare-*

hæreditatem presumatur.

9 *Conuenius confitens eff. hæredem ad instatiam unius creditoris, an dicta confessio iuuet alijs.*

10 *Forma libelli super peti-
zione prædicta.*

11 *Articuli formandi super
iudicio prædicto.*

12 *Mulier, an restituatur
aduersus sollemnitates
omissas in inventario.*

13 *Forma libelli, & articu-
lorum super beneficio l.
fin. & quid in eo ser-
uandum.*

instant hæredes decla-
rari ab intestato Titij
defuncti eorum consan-
guinei cū beneficio l. &
inuentarij, vel sine, &
tunc Iudex visa illius pe-
titione solet prouidere,
quod capiatur summa-
ria informatio de morte
defuncti, & de proximio
ritate in gradu ad finem
prouidendi, & citatis in-
teresse prætententibus
declaratur hæres per viā
præambuli, constito ta-
men de proximioritate
in gradu.

Bene verum est, quod
in hac informatione sū-
maria non requiritur ci-
tatio partis, nisi consta-
ret Curiæ adesse legiti-
mum cōtradicōrem, &
possessorem bonorum
defuncti, nec solet fieri
tale præambulum ad in-
stantiā hæredis venien-
tis ab intestato, nisi ad
instantiam filiorum, vel
aliorum, qui sunt ex li-
nea descendenti, & non
ad instatiam eorum, qui

G 2 ye-

veniunt ex linea transuersali, ut docet *Carau.* in *ritu 181. num. 4.* Sed si ille, qui prætendit hæreditatem probauerit se esse proximiorem in gradu defuncti, & quod nō reperiatur proximior in gradu, & testes hoc deponant, poterit fieri præambulum, iuxta practicam per eundem *Carau.* relatam loco cit.

Ad instantiam vero hæredis venientis ex testamento fit præambulum, exhibita particula testamenti, in qua est institutus hæres, capta informatione de morte testatoris, iuxta practicam relatam per *Carau.* in ritu citato, & ita seruatur in omnib. tribunalibus, & hæreditas, tam ab intestato, quam ex testamento semper aditur cum beneficio legis, & inuentarij.

3 Inuentariū debet fieri ad instantiam hæredis accessitis notario, iudi-

ce, & testibus, per quæ notarium citatis prius creditoribus hæreditarijs, & legatarijs, certis pro certis, incertis vero per publicum proclama proceditur ad confessionem inuentarij prædicti: & hæres coram notario, iudice, & testibus debet exhibere omnia bona hæreditaria mobilia, quæ reperiuntur in domo defuncti, & animalia, quæ extant, & deinde stabilia, & nomina debitorum, & singula in inuentorio describere faciat, & declareret an bona stabilia sint propria testatoris, vel pignorata, vel alicui cœfui submissa, iuxta formam relatam per *Sebastianum Monticol.* in suo tractatu de inuentorio cap. 7. fol. 50. Curet hæres cum omni fidelitate, & diligentia, quia si occulta uerit aliquid, & fuerit in dolo, amittit beneficiū inuentarij, ut probatur in

in l.fin.S. si vero C.de iur. deliber. & refert Fabius de Anna cons. 96. lib. 2.

Nec est vera illa opinio, quod omittens apponere in inuētario omnes res hæreditarias, puniatur poena dupli, sed magis communis est, quod hæres tali casu amittat tātū beneficium inuētarij, de qua magis communi, & recepta opinione restatur dictus *Fabius de Anna cit. cons. 90.* ex doctrina multorū per eū citatorū, & quomodo relevetur hæres à doli suspitione, si aliquas res non inscribi fecit, vel alienas apposuit per ignorantiam, docet *Craffus in suo libro sententiarum art. inuentarium quæst. i i. num. 7.* vbi notata inuenies bona rese renda in inuentario, qui ad partes disputat, quā poenam patiatur hæres, qui rem vnam, aut plures celavit in inuentario quæst. sequenti 12.

3 Inuētarium debet incohari ab hærede infra triginta dies à die adiunctionis hereditatis, & finiri infra spatium trium mensium, vt probatur in *l.fin.S. fin autem C. de iure deliber.* & num possit terminus prædictus per Iudicem prorogari, vel abbreviari, & tempus debeat esse continuum, vide *Craff. lib. 2. sentent. art. inuentarium, quæst. 5.* & durante tempore cōfessionis inuentarij, hæres non potest ab hæreditarijs creditoribus cōueniri, nec molestari, vt aperte probatur in *texte l.fin. S. donec. C. de iure deliber.* vt etiam refert *Præses de Franch. in dec. 352. num. 1.* Secus quando conueniretur actione reali, quia tunc non iuuatur beneficio dicti *S. donec, vt voluit idem de Franch. in supra citata decis. necnon, & decis. 286. num. 5.* refert etiam *Don Garbas Mastrillus in*

in additione ad Petrum de Gregorio in suo tract. de censibus in verbo inuentar. in additio. num. 83. & idem Graff. lib. & art. supra citatis quest. 16. & si inuentarium non conferit, non solum priuilegium inuentarij amittit; sed etiam amittit falcidiam, & trebellianicā, & an etiam amittat legitimam, vide eundem Graffum in d. art. inuentarium quest. 24. Affl. decis. 111. num. 16. Sebast. Monticola in tract. de inuentarij fol. 209. nu. 163. vide Francb. decis. 11. nu. 22. & ibi allegatos Doctores.

4 Si hæres conuenirentur ex contractu defuncti ad instantiam hæreditarij creditoris, non potest declinare forum, etiam quod sit minor, vel alia persona priuilegiata. Francb. decis. 234. videndus Nouarius elect. for. quest. 23. seu 24. in ult. impress. Neap.

5 Sed si hæres fuerit creditor defuncti nō protest sibi ipsi satisfieri, nō citatis creditoribus hæreditarijs, & legatarijs, vt probatur in l. fin. S. in computat. C. de iure delib. & refert idem Montic. in d. suo tract. fol. 26. num. 162. & tex. l. debitori. C. de paetis, nec talis hæres tam ab intestato, quam ex testamento, creditor, vel aliquā habens actio- nem, debet simpliciter hæreditatem adire: sed protestari in petitione, quod per aditionem hæreditatis iura sua non intelligantur confusa; nam per hāc cautelam, & inuentariū potest deducere ius suum, quod non dicatur confusum, ex quo actio, & passio non cadunt in eodem subiecto. l. Vranius. ff. de fidei us. cum latius adduictis per Nouarium in quest. forens. 51. tom. 1. & inuentarium seccernit bona testatoris, ex d. S.

in

*in computat.C.de iur. de-
liber.& voluit idē Monti-
col.loco citat.fol.17. nu.
94. & 95.*

6 Si autem hæres fuerit debitor testatoris, cui successit per talem additionem confunduntur actiones defuncti cōtra hæredem, & hæres liberatur, quasi soluisse, vt per eundem Monticol.in dicto tract fol.215. num. 198. nec potest conueniri à creditoribus hæreditarijs actione reali, nisi prius fuerit probatum esse hæredem, *Ioseph Ludou.in concl. 16. declarat.* prima fol.41.

7 Hæres enim debet continuare possessionē bonorum defuncti, illaque apprehēdere, quando testator defunctus per se ipsum possidebat: sed non per Colonum vt voluit *Idem Ludou.* in supra citat.conclus.16. illatione 14. fol. 41. & potest confessionem erroneam defuncti reuo-

care, *Afficit. decisi. 233.* potest etiam impugnare contractum à defuncto factum ex capite læsionis, vt per eundem *Ludou. in citat.concl. illat.* 38; nec potest facto defuncti contrauenire *i.cū à matre C.de reiuen.*

8 Si autem aliquis qui non fuerit hæres declaratus alicuius ab intestato, vel ex testamento, & miscuit se hæreditati, vt puta vendendo aliquā rem hæreditariam, colligendo fructus vineę testatoris, vel exigendo credita hæreditaria sine dubio censetur talis, illius adiisse hæreditatem, ex quo similes actus non possunt fieri citra ius, & nomen hæredis, vt habetur in *l. pro herede .Si Papinianus ff.de acquir.* ber. similiter adiisse præsumitur, quando habauerit in domo defuncti *Bart. in l. gerit ff.de acquir. her. fallit quando declarauerit bona hæredi-*

reditaria possidere ex alio titulo , quam hæreditario vt puta pro dotibus maternis, vel fidei commisso, vel aliò quo- cumque titulo , & requiritur protestatio , vt per eundem *Ludou. loco citato*, & nota , quod ex actu , quem quis potest duplici modo licite facere, non inducitur adiatio, quia putatur eo modo habitare, qui sibi utilior est. *Bart. in d.l.Gerit.*
*Castrens. in l.1. Cod.de repud. hæred. vbi idem etiā Bald. Alexan. & alijs DD. sentiunt, Ruin. in conf. 51. num. 1. lib. 4. Cr auet. conf. 297. n. 4. Decius conf. 21. & 66. Corneus conf. 165. vol. 1. Et quod de filio di- sum est, magis habet locum in vxore marito succedente , si eius habitauerit domum : nam simili modo cœsetur habitare, qui sibi utilior est *Corneus conf. 147. & Marianus Soecin. in conf. 129. & actus, per quos non**

inducitur, vel præsumat- tur adita hæritas, enu- merat *Craffus in suo libro sententiarum secundo art. acquisitio hæred. questio. 13. & in actibus dubijs standum est declaratio- ni hæredis; Actus autem dubius declarat Bart. in d.l.Gerit. ff. de acquirend. hæred.*

2 Et si hæres conuentus ab aliquo creditore hæ- reditario, ad cuius instâ- tiam fuerit expeditum præceptum, quod infra biduum declaret si est hæres, & si tenet, & pos- sidet bona hæreditaria, confessus fuerit se esse hæredem , talis confes- sio non iuuat alijs cre- ditoribus , sed illi tan- tum , ad cuius instâtiam fuerit facta , vt probatur apertè in l.fin ff. de inter- rog. action. & ibi *Gloss.*
 Et tandem prædictis præsentem materiam concernentibus bene- discussis, scias, quod hæ- res potest petere ius de- liber.

liber. quod potest face-
re, priusquam delata sit
hæreditas *Monsicol.* in *L.*
fin. C. de iure delib. nam
postquam fuerit acqui-
sita, aut omissa, frustra
deliberandi tempus pe-
titur, & tempus ad deli-
berandum est annus *Io-*
annes Dilectus durante de-
arte etiam. tit. 11. cautel.
7. l. fin. C. de iure delib.
& an possit prorogari,
vel abreviari ad plenum
disputat idem *Crassus in*
artic. ius delib. libro præ-
dicto 2. quest. 3. & ne di-
scedā de ordine in alijs
titulis proposito, & in
sequentibus seruando,
pro facilitate volētis hæ-
reditatē adire ex testa-
mento sequentem for-
mam libelli notavi.

10 In Regia Audientia
Calabriæ ultra exponit
T. filius legitimus, & na-
turalis quon. T. qualiter
dictus quon. eius pater
his proxime præteritis di-
ebus, ut domino placuit
ab hac vita discessit, &

suit humane sepultus in
Ecclesia matrice huius
Civitatis, condito per
cum testamento stipula-
to manu publici, & regij
Notarij, cuius copiam
authenticam exhibet, in
quo exponentem here-
dem instituit uniuersa-
lem, & particularem su-
per omnibus eius bonis,
ideo volens hæreditatē
prædictam ex testamēto
sibi delatā adire, recur-
rit ad eandem Regiam.
Audientiam petens cō-
stituto summarie de præ-
dictis, ipsū per viā præ-
ambuli hæredem decla-
rari, cum beneficio ta-
men legis, & inuentarij,
prouidendo insuper sibi
licere, & licuisse credita
omnia hæreditaria exi-
gere, poenas obligatio-
num, & instrumento-
rum incusare, ac om-
nia, & singula alia fa-
cere, quæ si dictus te-
flator viueret, facere
posset, tam in iudicio,
quam extra, non solum

H isto

isto: sed omni alio modo
meliori.

11. Veniens vero ab intestato in libello dicat Titium fuisse ab intestato mortuum nullo per eum condito testamento, & hæreditatem dicti defuncti ad comparentem spectare ut proximiorē in gradu, qui procuret articulare, & probare, prout infra declarabitur.

Primo, quod defunctus fuit mortuus, & Ecclesiasticæ sepulturæ traditus, nullis relictis filijs legitimis, & naturalibus.

Secundò, quod nullū condidit testamentum.

Tertio, quod comparen-s ipse fuit, & est proximior in gradu, cui de iure debetur hæreditas defuncti.

Quibus omnibus verificatis sit praæambulum iuxta formam traditam per Caraui super ritu M. Curia Vicaria 181.

12. Solet quandoquidem

inventarium ex parte absentis per procuratores fieri, oritur dubium, an sufficiat mandatum generale, vel sit necessarium speciale, & dic, quod speciale mandatum requiritur, cum de maximo præiudicio agatur. *The saur. decis. 155.* & an mulier, quæ minus sollempne inventariū confecit restituatur aduersus sollempnites omissas: vide *Franch. decis. 229.* qui refert fuisse ad beneficium mulieris decisum.

13. Si vero hæres institutus, & scriptus in testamento voluerit ut beneficiolum fin. C. de editio Diuis Adrian. sollempn. debet comparere coram Iudice loci, vel prouinciali Audientia, & exhibere testamentum, in quo fuit hæres institutus in publicam formam redactum iuxta regni constitutio-nem instrumentorum robur, & præsentet sequentem libellum.

In

In Regia Audientia Calabriæ ultra exponit T. qualiter diebus præteritis, ut Domino placuit ab hac vita discessit quon. T. eius auunculus, & fuit humane sepultus in Ecclesia tali, condito per eum nuncupatiuo , sive inscriptis testamento, stipulato manu publici, & Regij Notarij, in quo cōparentem super omnibus eius bonis heredem vniuersalem instituit, quod in publicā formam redactum, non rasum, nō cancellatum, nec in aliqua parte vitatum in promptu exhibet. Ideo volens dictam hæreditatem sibi ex testamento delatam adire, recurrit ad ipsam Regiam Audientiam, petens capta de expositis summaria informatione ipsum heredem vniuersalem declarari prædicti. quon. eius auunculi, & declaratum immixti in naturalem, & corpora-

lēm possessionē subscriptorum honorū possessorum per dictum testatorem, & in illorum possessionē defendi, & manuteneri implorans &c. & si apparebit aliquis contradictor, impediens petitam immisionē, instat illum condemnari ad dimicendum bona, quæ indebite detinet omni modo meliori.

Et de scriptis bonis per testatorem possessis in calce libelli, tempore, quo viuebat secundum tutiore cautelam, & formam relatam per Iacobum Menocb. in suo rem.
4. adipiscend. p. 385. summarie probet narrata in libello articulando ut infra.

Primo dictum testatorem in suo ultimo testamento instituisse cōparentem heredem vniuersalem, quod in publicam, & authēticam formam exhibet.

Secundo dictum te-

H 2 sta-

statorem fuisse mortuum ,
& Ecclesiasticæ sepulturæ traditum in tali Ecclesia .

Tertio , quod defunctus prædictus tempore , quo visuebat tenebat , & possidebat supradicta bona stabilia descripta , & annotata in calce libelli , ex quibus percipiebat prout percepit fructus , usque ad diem mortis .

Quarto nonnulla bona , & dictis bonis indebitè possideri per talem .

Quibus omnibus summarie per testes verificatis interponitur decretum , quod viso testamento in publicam , & autheticam formam per dictū hæredem producto , declaretur hæres ex testamento prædicti quondam eius auunculi testatoris , & quod vigore testamenti prædicti immicitatur in naturalem possessionem bonorum dicti defuncti , quatenus bona prædicta sint vacantia , & à ne-

mine occupata , & solet interponi clausula , quādo non constat aliquem dicta bona occupasse , quod citentur interesse prætentētes per publicum proclama , ut voluerunt omnes doctores super dicta l. fin. & Menoch. super dictio rem. 4. adipiscend. posseß.

Si vero apparuerit legitimus cōtradictor tempore , quo hæres immicitur in possessionē bonorum , qui voluerit impedire immisionē prædictam , debet talis contradictor in próptū docere de suis iuribus , vt puta demonstrare titulū similem , quē hæres scriptus habet , vel quod esset fidei commissarius cum licentia in testamento ingrediēdi possessionem bonorum fidei cōmissio subiectorum : nam tunc poterit hæredis immisionem impedire , vt voluit Anton. Gabriel. in tit. de fideicommissis conclus.

*claf. 5. & Ioseph Ludovic.
Perus. in decis. 47. numer.
29. & Menoch. in tracta-
tu de adipis. posse. dicto
rem. 4. numer. 633. quod
etiam intellige quando
iste contradictor non
possidet, p[er]tinet quā-
do possiderentur bona
defuncti ab aliquo con-
tradicatore, etiam alio ti-
tulo, quam a defuncto,
nam adhuc non posset
priuari a possessione, nec
ab ea amoueri, etiam si
esset predo: nam tali ca-
su esset citandus ut vo-
luit Menoch. in tract. præ-
dicto num. 563. Apont. de-
cision. 40.*

Et quando contradic-
tor ostendit, & allegat
habere titulum similem
titulo hæredis: sed non
possidet, tunc etiam im-
pedit immissionem pos-
sessionis hæredis decla-
rati, ut refert idem Me-
noch. loco citato num. 575.
& tunc secundum do-
ctrinam Menoch hæres,
& contradictor sunt in

corum iuribus audien-
di, & iudicium efficitur
ordinariū, quamvis nu-
561. teneat, quod quā-
do cōtradicctor non ha-
bet titulum, nec est ad
instātiā hæredis cita-
tus, non impedit immis-
sionē possessionis, & da-
tur terminus in causa
ordinarius.

Nec legatarius dici-
tur legitimus contradi-
ctor, etiam quod in te-
stamento apparuerit de-
legato, sibi factō, qui il-
lud debet recipere a ma-
nu hæredis, ex codē Me-
noch. loco num. 576. vbi
alios casus in hac mate-
ria enumerat, cuime
refero.

Bene versus est, quod
legitimus contradictor
dicitur ille, qui est do-
natarius defuncti, & ab
eodem habet donatio-
nem irrevocabilem in-
ter viuos, cum clausula
tamē ex nunc pro tunc,
& e contra, sequuta mor-
te donatis, & in præam-
bula

bula hora mortis, & per duas horas ante cū reseruatione visusfructus, durante vita donantis: nam hoc casu debet in possessionem bonorum donatorum manutenerē in iudicio summario, vt refert *Ioannes Vincentius de Anna in singular.* 156. nec potest à professione amoueri in dicto iudicio possessorio.

Et pro fine huius questionis aduertas, quod actor conueniens hæredem, debet eius intentionē probare, nam regula illa filius, ergo hæres habet locum in agendo tantum; secus in conueniendo *Bart. in l. necessaria. ff. de acquiren. her. & hæres dici* potest ille, qui nō adita defuncti hæreditate iura sua hæreditaria alteri cessit, ex quo per talem cessionem talis cedens efficitur hæres, vt plene probat *Mascard. de probat. conclusio. 44. num. 1. & text. in l. 6.*

auia C. de iure delibera.
& Franch. decis. 89. licet dictus Mascard. in præcita conclusione nu. 14. teneat, quod non possit compelli à creditoribus hæreditarijs ad solvendum debita, quia ille aetus cessionis procedit ut cessio iurium hæreditiorum rata, & firma fiat, non ut conueniri possit.

Nec pretermittendū est, quæ concurrere debent ad hoc, ut remedium l. fin. locum habeat, idem *Menoch. in præcitat. rem. 4. num. 56. decē* enumerat, cui me refero, necnō enumerat nu. sequēti, quibus competit. vide etiam *Craff. in art. transmissio. quest. 14. lib. 2. sententiārum.*



Super

Super petitione
legitimæ.

SVM MARI V M.

- 1 Quid sit legitima filio debita.
- 2 Legitima an sine onere pe-
ti potest, quamuis pater
oneratam reliquerit, &
filius testamento con-
senserit.
- 3 Legitima matri debita,
an sit tercia tertia, vel
tercia totius.
- 4 Legitima si non relinqu-
itur titul. in his. an testa-
mentum est nullum.
- 5 Legitima an debeatur fi-
lio in vita patris, & an
possit dicto delicto con-
fiscari.
- 6 Si paterna facultates fue-
rint aucta, an augeatur
legitima in vita patris
filio affignata.
- 7 Legitima an etiam debe-
atur nepotibus in bonis
auitis, & quomodo est
affignanda.
- 8 Transuersalibus, an debe-

atur etiam legitima si
fuerit turpis persona in-
stituta.

9 Quæ actiones pro conse-
quenda legitima com-
petunt communerantur.

10 Formalibelli, & extrema
probada in iudicio pre-
dicto tractabantur.

11 Supplementum legitime,
an deducatur. etiam
contra voluntatem de-
functi.

I C Vm de legitima sit
tractādum est pri-
mo loco vidēdum quid
sit legitima, & successi-
uè, quibus competit, &
quænam actio detur pro
consequuntione ipsius :
vnde dico, quod est por-
tio eius, quod filius esset
habiturus ab intestato
ex rerum substantia pa-
tris, & ex naturæ debito
descēdentibus in bonis
ascendentium debetur,
prout ascendentibus in
bonis descendentiū or-
dine turbato spectat. Bar-
sol. & Alex. in l. Gallus S.
& quid

& quid si tantum ff. de liber. & posthum.

Insuper est, & legitima quota bonorum, & non quota hæreditatis, vt p. Ias. in authent. nouiss. in 2. notab. numer. 3. de in offic. testam. comm. dixit Boer. decis. 24. numer. 12. Vt i. lib. 1. op. 199. ex eo quia bona hæreditaria intel- liguntur deducto ere alieno, & funeralis impēsa l. Papin. §. quarta, & §. quoniam autem quarta ff. de in offic. seßamen. Alex. consil. 45. num. 12. vol. 1. & Franch. decis. 127. n. 1.

Addetiam quod legitima hodie est triens, aut semis pro numero filiorum §. 1. in Authent. de trienti, & semiſſe Cap. Raynūtius de testamen. & quomodo sit taxanda, & computāda actento nu- prædicto textus est ex- pressus in Authent. nouiss. C. de in offic. seßam. vide etiam Crassus in lib. sen- teniarum §. legirima que- fion. 12. & Megal. in 1.

2. lib. 2. cap. 23. num. 100.
2. Est enim aduertendū, quod in legitima nullū imponi potest onus, nec grauamen ex nota. text. in l. quoniam in prioribus C. de in offic. testam. quā filius sine onere petere potest etiam quod te- stamento consenserit, in quo pater legitimam oneratam reliquerit, vel minus legitima Soccin. consil. 230. Petrus de An- car. consil. 152. col. 3. Nat. consil. 257. & Peregrin. de fideicommiss. art. 36. num. 80. reijcit etiam alienationis prohibitio, vt per Ias. consil. 291. secus infra certū tempus, Frā- cibus decis. 14. num. 3. quā vt consequātur filij na- turales requiritur legi- timatio, vt per Bart. & Gloſſ. in l. 1. ff. de bon. pos- ſeff. contra tabulas, Paulus de Caſtr. in l. 1. qua illuſtr. C. ad senat. conf. orifice. & deducitur non solum ex fideicommiss. vniuer- salibus, sed & de part. Gloſſ.

Gloss. & DD. in l. præcibus C. de impub. & alijs substitut. Cacheranus decisio. pedamontan. 33. Megal. in dicto cap. 23. nu. 109. & limitat in num. 110. & quod per indirectum possit filius legitima graduari tenet Rota Lucenſ. indecif. 110. Franch. dec. 293. in fine.

3 Quod debeatur legitima ut supra dictum est ascendentibus in bonis descendentiū refert Iason. in Authent. nouiss. C. de in offic. testam. l. nam & si parentibus eiusdem sit. Peregr. in præcitat. tractat. art. 3. num. 44. Megalius in l. 2. lib. 2. cap. 5. num. 1. per text. in §. Rue sigitur Authent. ut cum de appellat. cognosc. vnde legitima matri debita in bonis filij esse tertiam tertiae, & nō tertiam totius fuisse in Sacro Cō. filio decisum refert Præses de Franch. decision. 63. numer. 16. Tesaur. decis. 172. sed de iūre esse ter-

tiam totius probat Me gal. in dicto cap. 5. nu. 14. post Doctores, quos citat.

4 Accedat, quod si à patre filio legitima non relinquitur tit. institut. testamentū effet nullum §. aliud quoque cap. in Authent. ut cum de appell. cognoscitur, Megal. in dicto cap. 23. num. 84. & debetur filio vna cum fructibus a die mortis patris, ut per Bald. & Cin. in l. non est c. fam. bercis. & late Peregr. in citat. art. 36. num. 69. quæ minuit immen. donationes alijs filiis à patre factas idem Peregr. loco citat. num. 35.

5 Nec prætermittendū est, an in vita patris debeatur filio legitima, & scias, quod viuente patre non habet in ea ius aliquod, prout eo mortuo dicitur habere, ex text. l. 1. §. si pub. ff. de collation. bonorum Bart. S. si item quis fraude institut. de actio. Aret. in l. Titian. 3. ff. de verb. obligat. vnde

I pa-

pater in vita assignare legitimam non tenetur Corrasius l. filium, quem num. 81. c. fam. ercij. prout non cogitur pro condemnatione filij soluere poenam pæcuniariam, etiā ex bonis, quæ post mortē deberētur Mar. Socin. Iunior const. 51. num. 5. lib. 1. Viuius lib. 1. commun. opin. opin. 199. & opin. 401. Ruin. consil. 149. num. 13. vol. 3. Don Garf. Mastr. decis. 165, num. 42.

Concurrit in supradicto articulo, quod filio bannito non debetur in bonis patris legitima, & fiscus ex persona filij nō potest illam petere, vt refert Peregr. de iure fisci lib. 3. num. 31. ex Bald. in l. si qua pena ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, prout confiscatis, & publicatis bonis filij ex aliquo delicto non confiscatur legitima debita in bonis patris viuentis, ex eodem Peregr. loco cit.

libro 5. numero 133.

6 Successive querendū est, an si pater assignauit in vita filio legitima, & postea paternæ facultates fuerint auctæ, filius poterit augmenti supplementum petere, pro parte negatiua vide Gramm. decis. 57. numero 32. Boer. decis. 62. nu. 14. Bald. in l. quāuis in fine C. de fidei commis. & nota Aſſt. dec. 382. & Franch. decis. 133. nu. 8. in l. quāuis col. 2. de pac̄t. in 6. pro parte vero affirmatiua vide Ias. in l. si quādo nu. 2. C. de inofficioſ. testam. & in Ausb. nouiss. num. 9. Viuium commun. opin. lib. 1. opin. 199. & eundem Thomā Gram. decis. 101. num. 72. & pro resolutiōne huius questionis vi de Michael Craff. in lib. sententiarum quāst. 13. S. legit. nec non & text. l. se quando ſ. illud C. de inoff. testam. quod limita: niſi tamen filius cum iuramento expreſſe renūciasset,

asset, quia valida esset
renunciatio Cap. quāuis
de pactis in 6.

- 7 Legitima etiam debeatur nepotibus in bonis auitis ex text. in S. i. in Autb. de trien. & semis. vi de Craff. in loco cit. quest. 4 distinguenter hunc articulum, quæ debetur in singulis corporibus hæred. l. libertus, qui saluen. ff. de bonor. liber. tamen in divisione nō potest peti minutatim in qualibet re, nec filius ad hoc heredem compelle-re potest, nec ipse e con-verso compelli: sed debet de equitate, iudicis arbitrio assignari in una, vel duabus rebus, & quamvis ante deduc-tio-nem debeatur de qualibet re: tamen tempore divisionis iudex arbitrari potest Bart. in l. suis quoque in fine principij ff. de here. inst. Alexan. in l. Marcelli S. res que num. 10. ff. ad trebellian. Decius consil. 81. vers. & breui-

ter, Antonius Gabrel in libr. com. conclus. lib. 6. in sit. de leg. conclus. 3.

Successive, quamvis legitima sit portio suc-cessionis ab intestato l. tum quaritur de inofficio testam. tamen illam pa-ter in testamento relin-queret nō potest filio cū conditione, vt eam ca-piat in mobilibus, vel pæcunia dimissis stabili-bus, vt refert idē Peregr. art. citat. nu. 72. Michael Craßus in lib. sententiariis S. legitima quest. 15. nu. 2. & aduerte, quod bona patris nō sunt filio obli-gata pro legitima: sed solum habet filius con-ditionem ex lege con-tra hæredē patris Alex. consil. 78. vol. 3. Dec consil. 235. afflct. d. ciso. 162. num. 5. Anton. Gabr. lib. 6. conc. tit. de legis. conc. 5.

- 8 Denique legitima de-betur etiam transuersa-libus quando vero fue-rit instituta turpis per-sonal. fratres C. de inoffie.

refam. Cap. d. 211. Fräch.
decis. 125. num. 2. legitima
hæc nō debetur omni-
bis transuersalibus : sed
fratribus, & sorori-
bis saltē ex eodē patre
natis, nō autem vterinis
tantum vt in dicta l. fra-
tres, & aduertit Megal.
in dicto lib. 2 . cap. 33. nu-
10. & in sequentibus li-
mīat in tribus casibus,
& legitimæ renunciatio-
nō venit in generali re-
nunciatione Anton. Ga-
briel loco citato conclus. 8.
Afflīt. decis. 178. num. 2.
nisi facta specialissimis
verbis, vt probatur ex
text. si quando S. & gene-
raliter C. de inofficio se-
stamen. refert etiam, &
Peregr. in tractat. de fidei
commis. art. 5. num. 23.
& art. 36. num. 35.

9 Vnde varie fuere Do-
ctorum opiniones, quæ-
nam actio cōpetat pro
cōsequenda legitima su-
per bonis hære. vna fuit
Angeli in l. Papinian. S.
quar. ff. ad trebell. quod

non competat actio pe-
titio. hære. cum sit quo-
ta bonorum, & Alexan.
in l. fin. C. de edicto Diui
Adrian. toll. Ias. in S. actio
autem num. 216. & 227.
instit. de actio. Crauet. cōf.
109. num. 6.

Alia fuit opinio Bal.
in dicta l. fin. C. de edicto
Diui Adr. toll. quod filius
pro legitima potest im-
mīti in possessionem
bonorum hæred. actio.
etiam fam. ercis. quam
sequitur in l. non est cap.
fam. ercis.

Altera opinio fuit re-
lata per Peregr. in citato
articulo 36. numero 157.
quod pro legitima cō-
petat actio hypotecaria
in singulis corporibus
hæredit. non solum in
vno corpore tantū. Ni-
cos. de pignor. in 4. mem.
2. part. quamuis contra-
rium idem Peregr. teneat
num. 194. & Alex. & alijs
in l. in quartam ff. ad legē
falcid. ea ratione quia
bona paterna non sunt
obli-

obligata pro legitima f-
lij. Hyeronimus de Laur.
in decisione Rota Aueni-
ona 52.

Altera vero fuit opi-
nio Bal. relata per eūdē
Peregr. loco citato numer.
152. ex l. si quis in suo ver.
quaro ergo C. de inefficio
testamento Crauelt. consil.
312. pro legitima com-
petere actio. petit. hær.
& fam. ercis.

Tandem est alia opi-
nio Gram. decis. 90. quod
pro legitima filio com-
petat reiuendicatio cō-
tra tertios possess. quā-
do vero hæres non pos-
sident tot bona hæredita-
ria, quæ pro legitima
sufficient ex Bart. & A-
lexand. in l. in quartam ff.
ad l. falcid. & demum in
Sacro Consilio fuisse
iudicatum reiuendicati-
onem competere in ca-
su p̄dicto refert Afflct.
decis. 162. num. 4. & se-
quent. & cōpetere actio-
nem filio pro legitima
etiam cōtra legatarios,

& alios bonorum hære-
ditariorū possessores pro-
rata tamen tenet Alex.
consil. 134. libr. 4. & di-
stinguit omnes casus,
quādo legitima, vel sup-
plementum deduci pos-
sit super rebus alteri le-
gatis. Michael Crass. loco
citato. quest. 18. & Anton.
Gabriel loco etiam citato
conclus. 6. Peregr. art. cit.
36. num. 154. & Bart. in
l. in quartam ff. ad legem
falcidiam.

His tandem præmis-
sis in casu simili erit for-
mandus libellus in se-
quentem formam.

10 In Regia Audientia
&c. exponit N. filius le-
gitimus, & naturalis
quond. N. Civitatis Ca-
tanarij, qualiter in vlti-
mis constitutus dictus
quond. eius pater suum
vltimum condidit testa-
mentum, fieri rogatum
manu publici, & Regij
Notarij, in quo titulo ho-
norabili institutionis in-
stituit comparētem hæ-
redē

redem in legitima tātū, cæteros vero filios, exponentis fratres vniuersales hæredes & cum tali testamento obijt, & Ecclesiasticæ sepulturæ fuit traditus: vnde compārens ipse intendens recuperare dictam legitimam super bonis hæreditarijs prædicti sui patris ad præsens possētis per subscriptos, ex quo bona hæreditaria non sufficiunt pro legitima, ipsi exponēti competēti. Recurrit ad eandem Regiam Audientiam, & cōstito de prædictis taliter, quod sufficiat, instat decerni, & declarari sibi competere legitimam super subscriptis bonis per subscriptos possētis, & consequenter dictos possētores condēnari, & cōdemnatos cogi, & compelli ad relaxandum bona prædicta hæreditaria per eos ad præsens possēta, & per dictum eius patrem v-

que ad tempus suæ mortis, in satisfactionem dictæ suæ legitimæ, vna cū fructibus à die mortis prædictæ, liquidandos per ipsam Regiam Audientiam, quæ bona per expertos appretientur, usque ad quantitatē suæ legitimæ, & in præmissis omnibus summarie sibi ius, & iustitiae complemētū ministrari deducens &c. non se astrinḡes &c. isto, & omni alio modo meliori.

In cuius iudicij execuſione procuret actor infrascripta extrema articulando probare.

Primo ē esse filiū legitimū, & naturalem natū, & procreatū ex matrimonio contracto inter dictum quon. eius patrem, & N. eius matrē & taliter habitū, & tractarū inter homines ciuitatis.

Secundò exhibeat particulam testamentij, in quo appareat legitimā

timam fuisse relictam.

3. Articuletur mors testatoris.

Quarto, quod bona stabilia hæreditaria possessa per fratres hæredes vniuersales vix sufficiat pro legitima ipsis competentem.

Quinto, quod talia bona stabilia ad præsens per N. possessa, fuerunt dicti quond. sui patris, & per eum possessa tempore, quo viuebat, percipiendo fructus, & demū dictis possessoribus vendita, super quibus articulanti spectauit, & spectat perita legitima.

Sexto, quod ex articulata legitima debetur fructus a die mortis testatoris, qui possunt ascendere ad ducat. tot quolibet anno.

Et quia potest etiam sequi alia communis opinio supra relata p. eū. dem Peregr. in citat. art. 36. & intentari hypothecaria in actione pro cō-

sequēda dicta legitima; tam contra hæredes patris, quam contra bonorum hæreditariorū possessores, in quo casu cōcipiatur libellus formatus in actione hypothecaria verificando eadē extrema, qui debet narrato facto concludere, ut comparens filius immictatur in possessionem bonorū hæreditariorū, detinēdam loco pignoris, & hypothecæ, donec, & quo usque fuerit de legitima satisfactus, vñā cum fructibus liquidandis, & sibi à die mortis patris cōpetentibus.

Successive enim accidere solet peti nō solum legitimam: sed supplementum, quia minor portio ei relicta fuerit, quo casu post varias est doctorū opiniones pro cōmuni habetur, quod competit dum supplementum petitur conditio ex lex text. & Glos. l. omnimodo, & l. scimus C, de in-

de inofficio testamen. &
ibi Salic. & Paul. de Caſtr.
Bart. consil. 17. Boer. decis.
250. numer. 7. & libellus
debet cōcludere, quare
petit &c. & cōcludit sibi
suppleri iuxta formam
l. omnimodo, & articulā-
do probetur.

Primo, quod in bonis
defūcti tempore mortis
tot erant bona, & tanti
valoris, per eum possessa
vti verus dominus fru-
ctus percipiendo &c.

Secūdo, quod sibi fu-
it relictā tit. instit. tanta
summa pro legitima.

Tertio, quod summa
prēdicta sibi non sufficit
pro sua legitima por-
tione.

Quarto, quod tantū
deficit pro supplemento:
dictæ suæ legitimæ.

Quinto, quod bona
prēdicta ad prēsens pos-
sidentur per tales.

11 Et pro fine huius tra-
ctatus scias, quod legi-
timæ supplementum de-
ducitur per filium con-

tra voluntatem defuncti
ex bonis hēreditarijs, vt
per eundem Peregr. in
citat. art. 36. num. 82. ex
Bart. in l. liberto §. filium
ff. de annuis legatis, quæ
legitima nō debetur fi-
lio adoptiuo, qui tantū
ab intestato succedit cū
alijs filijs legitimis l. & te
parens C. de suis, & legiti-
mis her. & probat Peregr.
in citat. art. 36. num. 43.
Limita, vt per Megal. in
l. 2. lib. 2. cap. 25. num. 3.
Nec legitima minui-
tur per legata ad pias
caulas facta l. Papin. §.
quarta ff. ad l. falcidiam,
Rolan. à Valle in consil. 25.
num. 6. & 65. vol. 1. Ca-
millus Borr. in consil. 99.
num. 23. & debet deduci
ante solutionē fidei cō-
missorum ad pias cau-
sas factorū Costa de por-
tion. rata quæst. 140. Gra-
tian. in decis. 162. qui ita
iudicatum fuisse refert
in Rota Marchiæ: sed fa-
uore legatorum pro in-
certis, & male ablatis
con-

contrariū defendit No-
uarius in suo tractat. pri-
us leg. 5.

Et tandem legitima
habetur pro ære alieno,
quo ad legatarios, & fi-
dei commiss. vt per Gra-
tian. in decis. 181. & Pe-
regr. art. 4. num. 14. quæ
tantū ex testamento ha-
betur, quia ab intestato
non consideratur Cra-
uett. in consil. 202. nu. 10.
qui de communī testa-
tur, & concordantes al-
legat Surdus in tractatu
de alimentis sit. 8. prius.
33. num. 1. Rota Lucensis
in decis. ultima in nouiss.

- 4 *Contra quos hypothecaria
detur, & quæ necessaria
sunt, ut actione predicta
agi possū.*
- 5 *Quando, & ex quibus bac-
oritur actio.*
- 6 *An sufficiat actori debito-
ris possessionē probare,
vel dominij probatio re-
quiratur, & quando.*
- 7 *Agens hypothecaria contra
tertium possessorem, an
debeat prius principale
excutere.*
- 8 *An aditione hereditatis by-
pothecaria actio extin-
guatur.*
- 9 *Effectus hypothecaria a-
ctionis, quenam sint.*
- 10 *Hypotheccaria conuentus,
an possit creditori debi-
tum offerre, & quid in
casu meliorationū ser-
uandum.*

In actione Hypothe- caria.

S V M M A R I V M .

- 1 *Hypotheccaria unde disca-
tur.*
- 2 *Quibus bac actio com-
petat.*
- 3 *Forma libelli, & articula-
tū in actione predicta.*

Hypothecaria enī
dicitur ab hipos,
quod est sub, & tesis, &
est positio, quasi quedā
suppositio, vel obligatio
rerum, nam subponere,
est obligare, vt probatur
K in

in toto titulo ff. de rebus eorum non alienādis, nec supponendis, & dum hypotheca constituitur super rebus dicitur ius reale, vel potius realis actio, quia per illam persona debitoris nō obligatur: sed res, vt l. eos C. qui posterior. in pignor. babean. & l. pignor. C. & ff. de pignor. & datur differentia inter pignus, & hypothecam: nam obligatus idoneæ cœnere, si adimpleat talēm obligationem dādo pignus, idonea cautio intelligatur data, tam cū pignore, quā cum fideiūssore, vt l. s̄ mandato. Tity S. Paulus ff. mandatamen no sufficeret simplex hypotheca bonorum, quia pignus transīt ad creditore, hypotheca vero apud debitorem remanet, l. s̄ rem alienam S. proprie ff. de pignor. actio. Ideo non dicitur ita cautū creditori per simplicem hypothecam; sicut per pignus; melius

enim est pignori incumbere, quam in personā, siue rē agere l. plus causationis ff. de regulis iuris. Attamen differentia inter hypothecam, & pignus videtur potius nominis, quam rei, & effectus, vt in l. res hypothecarie S. inter pignus ff. de pignor. cum ergo pignus, & hypotheca saltim improprie funēto vocabulo idem sint, sequitur, quod vbi non datur ratio diuersitatis statutum loquens de pignore debet habere locum, etiā in hypotheca, & e converso ex dicta l. res hypothecaria, Crisost. de actio. S. item seruiana & ibi Ias.

2. Est successiue videntur, quibus hæc competat actio, & sic cōpetit creditori; cū bona sunt hypothecata. Ut dico. S. item seruiana vers. item quasi seruiana instit. de actio.

Item competit hæredibus

*dibūs creditoris, vt l. i.
C. si unus ex pluribus her-
red. creditoris, vel debito-
ris: sed hoc non proce-
dit in tacita, quæ ex pri-
uilegio conceditur mu-
lieribus pro dote ut per
Megal. in prompt. tom. I.
ver. creditor num. 7. ver.
ber autem.*

*Competit etiam cef-
sionario, vel emptori pi-
gnoris, & hypothecæ
iuxta totum titulum ff. &
C. de hered. vel actioni.
vendita. Bart. & Glos. in
l. s. pignus ff. sam. hencis.*

Insuper competit cre-
ditori, cui primus credi-
tor obligavit suū nomē
debitoris, iuxta l. uomen
cap. queres pign. obligari
posse, vel cui pignus pigno-
rū dedicis in l. greg. S. cū
pignori ff. de pignor. & tot.
tit. C. si pignus pignori da-
tum. ff. & iutis casibus hy-
pothecaria est ualis, p.
ut directo principali co-
perebat. Qui agere vo-
lentes presentē libellū
sequentia formæ.

3 In Regia Audiētia ex-
ponit N. qualiter annis
præteritis mutuauit N.
ducatos centum, quos
cum iuramento restitu-
ere promisit infra sex
menses, pro quibus obli-
gauit, & hypothecauit
omnia sua bona stabilia
cum clausulis exequuti-
uis in ampla, & valida
forma, mediante instru-
mento manu publici, &
regij Notarij stipulato:
Verum quia dictus N.
præteritis mensibus ab
hac vita discessit, nō re-
stitutis sibi dictis duca-
tis centum, & ad presēs
N. indebite tenet, &
possidet infrascriptam
datum, quæ erat in bo-
nis, & de bonis tempore
dictæ obligationis præ-
dicti quoniam debitoris, &
dictus possessor pluries
requisitus pro solutione
dictorum ducatorū cœ-
suta. Illos soluecē recu-
sat, quare recurrit ad eā
dem Regiam Audientiā
potens constituo de præ-

K 2 di-

dictis taliter, quod sufficiat comparentē ipsum immixti in corporalem possessionem dictæ domus per eum retinendā pro dicta summa donec, & quo usque fuerit sibi integre satisfactum, vñā cum expensis liquidandis, & in præmissis omnibus iuris, & iustitię complementū ministrari nō se astringens &c. deducens &c. isto, & omni modo meliori.

Et actor agens actione prædicta in termino ordinario in processu causæ dādo, infra scripta articulando procuret probare.

Primo mutuasse debitor summam pecuniaæ in libello contentam pro qua obligavit omnia sua bona stab. mediante publico instrumento cum clausulis exequentiis in ampla forma, quod exhibeatur.

Secundò; quod dictus debitor ab hac vita di-

scessit non satisfacto debito prædicto.

Tertiò, quod tempore obligationis domus posita in tali cōuincinio, iuxta tales fines, erat in bonis, & de bonis prædicti quon. debitoris, qui donec vixit illam habuit in pleno domin. & possessione, percipiendo uti verus dominus pensiones domus prædictæ in actis deducet.

Quartò, quod articulata domus ad præsens licet indebitè possidetur per N. conuentum.

Restat modo videndū, ne discedam ab ordine proposito, & breuiter, cum sit materia ab alijs vniuersaliter facta, & doctoribus magnæ autoritatis, contra quos dicta actio detur, & quae requirantur, ut ea agi possit, & sic scias, quod traxit iniquem cumque possessorem, cum sit onus reale. Magistr. decisi. 171. num. 10. & tam prædicta,

ta, quam pro expressa hypothecaria cōtra tertium datur possessorem; *Idem Mastril. decis. 118.* num. 1. sicut si res non fuerit in dominio obligantibus, *Idem decis. 150.* num. 22. & 23. & ut hypothecaria agi possit, quinque necessaria sunt.

Primo requiritur, ut res ipsa ad quam agendum est fuerit, & sit obligata, vel hominis conventione, vel legis prouisione, ut in l. contrahatur, & l. res hypothec. ff. de pignor. & C. in quibus causis pignus tacite contrahatur per totum.

Secundo, quod debitor sit in mora soluendi debitum, ut l. debitor C. de pignor. quia non licet creditori agere ante die solutionis destinatam.

Tertio, quod debitum sit verum: nam cessante debito, cessat actio l. solutum, & ibi Glos. ff. de pignor. actio.

Quarto, quod is, eō-

tra quem agitur, re obligata possideat l. pignor. & ibi Glos. C. de pignor.

Quintò, quod res ipsa tempore obligationis, vel post fuerit in bonis debitoris l. fin. C. que res pignori obligari possunt, & l. 1. C. de pignor.

Verum est, quod hypotheca generalis minus afficit rem, quam specialis: nam per specialem cōstituitur plus iuris creditoris, quam per generalē. *Nicosane. de pignor.* par. 2. mem. 1. num. 10. & hypotheca in contractibus puris oritur à die obligationis contractæ. *idem Nicos. in dicto tract.* par. 8. mem. 3. num. 5. ubi cōnumerat casus, in quibus oritur actio prædicta, & disticte ponit probanda contra quemcūque possessorem num. 6. & sequens.

Nota tamen, quod hypotheca dotis retrotrahitur ad tempus promissionis in capitulis ma-

trimonialibus Nicof. de
pignor. 4. mem. 2. par. nu.
77. & sequent. & Franch.
decis. 667. ac Megal. post
Doctores, quos citat in to.
1. Prompt. ver. creditor.
num. 7. sequitur dubium
an mulier pro dote ha-
bens tacitam hypothe-
cam anteriorem præfe-
ratur habetibus expres-
sam posteriorē, & e cō-
verso, vide eundem Ni-
cos. loco citat. num. 98. &
sequent. & Megal. in loco
citato necnon text. l. affi-
duis C. qui potiores in pi-
gnor. habeantur, vide etiā
Aub. de equalitate dotis.
in §. his consequens, & ibi
Angel. & Specul. in tit. de
obligat. & solut. num. 45.
vers. quid si vendidi sum-
dum, & inuenies text. l. li-
cet cap. qui potiores in pi-
gnor. habeantur non ha-
bere locum contra mu-
lierem, agentē pro dote.

Est etiam notandum,
quod hypotheca lega-
torum oritur à die puri-
ficatæ conditionis Brog.

Causal. in suo tract. de tut.
& curat. in tit. de usufru-
ctu mulieri relicto num.
72. fol. mibi 238. & Ni-
cos. in citat. tract. 5. par.
mem. 1. num. 12. & sequ.
& hypotheca prædicta
non datur contra hære-
des insolidum: sed pro
rata. idem Nicos. 2. part.
mem. 4. num. 160. 3. limit.
& idem Causal. loco citat.
num. 15. in alijs vero ca-
sibus hypothecaria agi
potest cōtra quemcum-
que possessorem insolidi.
idem Brogn. citat.
loco num. 209. ex text. &
Glos. Mulier. ff. qui potio-
res in pignore bab.

Insuper nota, quod hy-
potheca, acquisita à pri-
mo creditore post secū-
dum nō præfertur secū-
do. text. est in l. creditor §.
ff primus ff. qui potiores in
pignor. habeantur, ex quo
hypotheca nō retrora-
bitur in præiudicium al-
terius. Mastril. decis. 26.
vbi inuenies ad partes
text. prædictū declaratū.

Vlti-

Vltimo loco notandum est, quod hypothecaria actio oritur dum aliquis debitorem se constituit alicui creditori in aliqua summa per contractum iuratum, & obligat omnia bona sua, ut probatur ex l. creditoris C. de pignori ex tot. tit. ff. eiusdem, & l. final. ff. de acquirēn. possessione.

6 Quādo vero hæc actio intentatur contra tertium possidētem bona hypothecata per dictum debitorem in dicto cōtraētu, qui habet causam ab eodemmet debitore per emptionem dictorū bonorum per eum factā est interuersa possessio civilis, quæ per constitutum fuit translata per dictum debitore in personam dicti creditoris, & ad hanc recuperandā sibi datur remedium l. fin. C. de acquir. posseſ.

Sed si prædicta hypothecaria actio intentatur contra tertium non

habentē causam ab eodem debitore. requiri-
tur necessariò in hoc ca-
su, quod actor probet do-
minium; nec sufficit tan-
tum probare possessio-
nē debitoris, ut per DD.
in l. cum res C. si alienares
pignori data sit, & in l. cū
res C. de probat. hanc di-
stinctionem afferit Regens
Rouit. super pragmas. uni-
ca in tit. de assit. num. 27.
& sequent. & Nicof. in suo
tract. par. 8. 3. memb. nu.
11. qui fortius voluit de-
bere probari dominium
principalis debitoris bo-
norum per eum hypo-
thecatorum, etiam quā-
do agitur contra tertium
possessorem: sed sequē-
da est opinio dicti regē-
tis Rouiti, vti in practica
magis recepta, & sic
quādo agitur cōtra ter-
tium debet expresse do-
minium probari; quādo
vero contra principale
debitorem sufficit illius
dominium tantum alle-
gare, & possessionē pro-
bare,

bare, ex doctrina Bart. in l. rem alienam num. 6. ff. de pigno. actio. refert Affl. Et ante eum in dicit. 383. mu. 2. & 7. qui tenet sufficie-re probare, bona fuisse in bonis, & de bonis debitoris tempore obliga-tionis, vel postea quan-do agitur hypothecaria contra tertium, & ita se-per fuisse iudicatum in Sacro Regio Consilio, quæ deciso est omnino sequenda.

Hypothecaria actio ē in rem scripta l. pignor. ff. de pignor. & cum sit ius reale transit in tertium, sine cessione ex Bart. l. si tertius s. si prius ff. de aqua pluviali arcenda relata per Affl. Et. decis. 8. num. 3.

Et quādo creditor in suo instrumento habet hypothecata bona à suo debitore cum clausulis constituti, & præcarij, tunc sufficeret probare bona fuisse in bonis, & de bonis debitoris: sed quando tales clausulæ

appositæ non sunt, tunc debitoris dominiū erit probandum, ut conclu-dit, & distinguit Vrsili. in add. ad Affl. citat. decis. 383. num. 1. & sequent.

7 Ideo notādū est, quod agens hypothecaria a-ctione contra tertium possessorē obtinere non potest, nisi prius e-gerit contra principale debitorem sibi obigan-tem bona, veleius h̄e-redem ex text. Autb. hodie. C. de pignor. Nicof. par. 8. num. 9. & 10. & talem esse communē opinio-nem refert Anton. Gabr. in suo tract. comm. conclus. conclus. 1. num. 21. tit. de fideliss. Roland. a Val. cōs. 9. num. 5. lib. 1. Quæ ex-cussio contra principale debitorem, seu eius h̄e-redem requiritur, etiam quod, quis ageret tali a-ctione hypothecaria, ex causa dotis, ut per eun-dem Rolandum a Valle cons. 86. num. 22. & 23. libr. 2.

Ad-

Aduertendum tamen est, quod excusso non est necessaria quādō debitor obligavit omnia bona sua creditori, quæ constituit se tenere nomine creditoris sui possidere, ut per *Menoch.* in tract. de recuper. posse. remed. 4. numer. 28. & sequent.

Prout sciendum est, excussum necessariā non esse, quando agitur hypothecaria pro consequitione crediti contra nomē debitoris exequutum à creditore pro suo credito, *ex l. nomen.* C. quares pignor. obligari possum. vide *Theſaur.* decis. 51.

Nec prætermittendū est videre an aditione hereditatis hypothecaria actio extīguatur *Nicos.* in citat. tract. 1. mem. 5. partis num. 53. indubitanter tenet, quod non, & sequentibus numeris ponit diffuse fallentias relatas etiam per *Vrs.* ad

Aſſ. decif. 8. quo caſu vide etiam *Maſtr. par. 1.* *decif. 57.* & *Franch. decif. 80. num. 5.* & 21. & quibus alijs modis hypotheca tollitur, refert idē *Nicosant. 2. mem. 6. par. num. 4.* & ſequent.

Vide etiam *Ioannem Petrum Surd.* *decif. 266.* *num. 2.* vbi inuenies decisum an hypotheca extīguatur ſi res creditori insolutū data per aliū euincatur, & cū diſtin-
tione, vide etiam *Aſſ. decif. 8.* & *decif. 237.* & *Franch. decif. 250.* refert fuſſe decifū, quod quāuis per dationem insolutū hypotheca primi creditoris extīguatur, tamē oritur alia, quaſi hy-
potheca per quā tuetur aduersus fecūdū num. 5.

9 Effectus enim huius hypothecariæ actionis est, vt res creditori obligata relaxetur loco pignoris tantū tenenda, ut in l. ſe-
cū venditor in prin. ff. de-
cūcīcio. & in l. fundus §.

L cre.

creditor ff. de pignor. id diu possidenda, donec fuerit sibi integre de debito satisfacta vel in pecunia vel per computationem fructuum, ex pignore acceptorum, qui habent extinguere debitum ut l. i. ff. de pignor. & l. fin. C. de distractione pignorū. verū tamen si debitor fuerit in mora soluendi debitum ad diem statutum in instrumento, vel in alio casu, in quo mora contrahitur, ut in l. mora ff. de usuris, & in l. magna C. de contrahēda, & committenda stipulatione, & ex l. s. ex legati causa de verb. obligat. cum similibus, rūc poterit compensare creditor suum interesse, cum fructibus perceptis.

10 Tamen aduertendum est, quod regulariter q. liber possessor, & hypothecaria conuentus potest debitum offerre, & soluendo rem ipsam retinere, & creditore ex-

cludere, ut habetur in l. Paulus C. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, & l. si fundus S. in venditione ff de pignor. Et an si possessor non offerit pecuniam, sed alia bona, mobilia, vel stabilia admittatur. & dic, quod non, si debitum est in pecunia, ut probatur in l. & rem S. fin. cum l. sequ. ff. de pignorat. actio. & in l. iste si liberatur S. i. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, eo maxime si contractus est vallatus iuramento, nā aliud pro alio, inuito creditore solui non debet. l. eleganter ff. de pignorat. actio.

Et quatenus creditor obtineret rem hypothecatam in pignus sibi restituiri, donec pecunia ei debita soluatur: dummodo prius possessor meliorationes soluat, quatenus ipsa res facta sit prætiosior, si creditor meliorationum extimationem soluere recusat, tunc

tunc debitor tenetur ad extimationē rei actnēo status in quo prius erat, & melioramenta debētur iuxta distinctionē tex.
Lin fundo ff. de rei uendic.
 & compensantur cum fructibus post litem cōtestatā perceptis à posseſſore cū de antea perceptis potuit, vti verus rei dominus percipere. ex Glos. communiter receperia in l. emptor ff. de rei uendicab. Vinc. Franch. decision. 112. & Couarru. variarum resolutio. lib. I. cap. 3. tit. de melioras. rei hypothec. & pignori subiecta num. 2. & ſequent. vbi inuenies num. 5. an cōdemnatus ad fructus aetio. reali, teneatur etiā ad fructus perceptos ex meliorationibus per eū factis.

In actione, ſeu iure emphyteuſis.

S U M M A R I U M.

- 1 *Difinitio emphyteutici cōtractus, quaſit, & quam actio pro eo defur.*
- 2 *Forma libelli, & articulo-ru in iudicio i predicto.*
- 3 *Qua requiratur, ut emphyteuſa cadas à iure ſuo.*
- 4 *Reſervatio aſſenſus domini in alienatione, an li-beres emphyteuſa à ca-ducitate, & quando do-minus teneatur aliena-tioni conſentire.*
- 5 *Quando tota, vel tantum pars rei emphyteutica cadas in commiffum, & quid domini directi conſenſus operatur.*
- 6 *Emphyteuta an poſſit rem emphyteuticam iure qui-hito domino alio in emphyteuſm dare, donare, vel obligare, & an ve-niat in generali obliga-tione, & quid fauore dotis.*

L 2 Em-

- 7 *Emphyteuta, qui pacta nō seruauerit, an cadat à iure suo.*
- 8 *Emphyteuta per diminutionem fundi nō meliorati, quando expelli potest, & obsterilitatem à solutione canonis excusat, vel fit ei remissio per alium casum fortuitum.*
- 9 *Heredi ex capite ignorata, an detur restitutio in integrum, & oblationis canonis emphyteutam excusat à caducitate.*
- 10 *Dominus directus recipiens canonem an videatur emphyteuta remittere caducitatem.*
- 11 *Mora purgatio, an, & quando admittatur.*
- 12 *Emphyteusi finita per generationem, an descendenteribus confirmanda, & quando limitatur.*

R Elicita quæstione ab alijs determinata, & diffuse tractata, quæna differentia datur inter contractū emphyte-

uticū liuellariū nomina, tū siue cœuale, vel locationis, & an quid simile habeant, ut per Det. conf. 146. Paris. conf. 77. libr. 3. num. 12. Angel. in l. 1. C. de iure emphyt. & tandem per Iuliu Clarū in pract. erim sententiā ſ. emphyteutis queſt. 1. libr. 4. reſtat folium videnda diffinitio prædicti emphyteutici contractus, & quenam actio pro eo detur, & proprie emphyteuticus contractus dicitur, quādo res immobilis sub aliquo canone ad meliorandū cōceditur Fräcb. decif. 191. nu. 12., & cōcessio fit per directum Dominum, alias sub alternato diceretur, ut per Iaf. in l. 1. C. de iure emphyteuti.

Et quod in actione prædicta condic̄io ex l. datur communis est doctorū opinio, relata per Bart. in l. unica num. 7. ff. de condic. ex lege, & melius per Iasonē in l. Iuris gen-

*gentium §. quinimmo de
paetis num. 17. & in l. 1.
C. de iure emph. num. 63.
ratio est quia contractus
emphyt. non erat de per
se potens ad producen-
dum obligationem, nisi
vires accepisset à l. Zeno-
nis, quæ est dictæ l. 1. C.
de iure empys. meritò ex
ipsa leg. & nō ex ipso co-
tractu actio datur.*

Vnde aduertedū est,
quod in contractu em-
phyteutico debet à pri-
cipio concurrere certa
quantitas, & de essentia
scriptura requiritur ex
sexti. & Gloß. dictæ l. 1. C.
de iur. emphyteut. refert
etiam Clarus loco citato
quæst. 3. & 4.

Et volēs actione præ-
dicta agere libellum se-
quentis formæ forma-
bit.

2 In Regia Audiētia &c.
exponit N. qualiter in-
frascripta bona stabilia,
subscriptis locis, & fini-
bus designata fuerunt,
& sunt exponenti reddi-

titia in annuis ducatis
decem soluendis per N.
emphyteutam in medie-
tate Augusti cuiuslibet
anni, vigore publici in-
strumenti cum paetis fo-
litis &c. & inter cætera,
quod si prædictus em-
phyteuta cessauerit à so-
lutione prædicti anni cā
nonis per annos tres cō-
tinuos cadat à iure suo,
vnà cū melioramētis fa-
ctisin cōmissum, & quod
non possit purgare mo-
ram, cui exprefie cum
iuramento renuncjauit.
Et quia cessauit a præ-
dicta solutione non so-
lum per triennium: sed
per quinquennium, &
ultra; taliter, quod ce-
cidit a iure suo in com-
missum. ideo exponens
ipse iudicitaliter, & ex-
tra declarauit, & decla-
rat velle esse locum ca-
ducitati, & dictum em-
phyteutam in commissū
cecidisse: urbanius ta-
men agendo, recurrit ad
candem Regiam Audi-
entiam

entiam petēs summarie constito de prædictis, de cerni bona prædicta esse à prædicto emphyteuta relaxanda stante declara tione, & non solutio ne prædicta, & in illorū possessionē auctoritate ipsius Regiæ Audientiæ exponentē immitti: nō se astringens &c. deducēs &c. omni modo me liori &c.

Et pro verificatione suæ intentionis actor procuret infra scripta articulādō in termino probare tā in casu in supra dicto libello narrato, quām in alijs duobus sequētibus casib⁹, pro quibus emphyteuta potest incidere in communis sum, & libellus à simili, in quolibet casu formari poterit.

Ob non solutum canone m articuli.

PRIMÒ, quod in anno T. quond. N. pater arti-

culantis, concessit N. ad emphyteusim bona in calce libelli descripta, loco, & finibus designata, pro quibus dictus emphyteuta soluere promisi annum canone ducatorū decem, pacto expresso, quod si per triennium cessauerit à solutione, cadat à iure suo prout latius in dicto instrumento concessionis, manu publici, & regij Notarij stipulato, quod exhibetur.

SECUNDÒ, quod dictus emphyteuta non solum cessauit à dicta solutione per trienniū: sed per quaque annū, & ultra; taliter, quod factus est casus caducitatis, quod inducitur nisi aliud in contrarium per emphyteutam probetur.

TERTIÒ, quod articulans fuit, & est hæres universalis, & particularis dicti quon. sui pa. ris mediante decreto præambuli, quod exhibetur.

Quar-

Quartò, quod bona
prædicta possidetur per
conuentum, & pro cau-
sa prædicta ad comparé-
tem spectant.

*Ob alienationem irrequisito
domino.*

dictum terræ ad præsens
possidetur per N. in quæ
fuit facta illius alienatio
per dictum N. cui ipse
dominus directus con-
cesserat ad dictū annuū
cēsum emphyteuticum.

Ob deteriorationem .

I Mprimis articuletur qua-
liter N. in anno &c. cō-
cessit N. ad emphyteu-
sim quoddam petium
terræ sitū , & positū &c.
vt in eo plantaret vineā,
& arbores fructiferas, &
solueret annum canonē
ducatorum duorū
mediāte publico instru-
mēto manu publici Notarij stipulato, quod pro-
ducitur.

Itē articuletur, quod
dictus N. non solum, nō
plātauit vineam prædi-
cam, & arbores: sed pe-
tium prædictum terræ a-
lienauit, in N. irrequisito
ipso domino directo, &
sine eius assensu, & con-
sensu.

Itē, quod petiū præ-

I Mprimis , quod N. con-
cessit N.talem fundum,
situm in loco &c. iuxta
&c.ad annum canonē
emphyteuticū ducato-
ruī trium soluendorum
anno quolibet median-
te publico instrumento .

Item, quod dictus N.
in dicto instrumento pro-
misit, & se obligauit per
pactum expressum, dictū
fundū meliorare, & cul-
tiuare quolibet anno, &
arbores plantare in locū
demortuarum, ita vt ex
eis percipi potuissēt fru-
ctus anni pactum præ-
dictum non obseruauit.

Item, quod dictus N.
emphyteuta non solum,
non cultiuauit arbores
exi-

existentes in dicto fundo tempore concessionis: sed nec in locū demortuarum arborum alias supplantavit, & ob id dictus fundus culpa, & negligētia dicti N. evasit sterilis, & infructiferus.

Itē, quod ob sui culpā incidit in commissum, & factus est locus caducitatis, & dictus N. teneatur ad omnia damna, & interesse.

Item, quod si dictus N. emphyteuta meliorasset dictum fundum, & illum cultiuasset, & arbores supplantasset in locum demortuarū seruata forma pauci, initi in dicto instrumento percipi potuissent quolibet anno fructus valoris ductorū sex, ad quos dictus N. debet condemnari.

Item, quod dictus fundus ad præsens possideretur per dictum N.

3. Verissima cōclusio est, quod emphyteuta tenc-

tur soluere directo domino canonem, siue pēsionē illi debitā, & promissam, alias cadit à toto iure suo, quod habet in ipsa re sibi in emphyteusim concessa, & si sit ēphyteuta priuat, quod cēsset per triennium requiritur, si vero Ecclesiē per biennium ex text. l. 2. C. de iur. emphyteut. & ibi Glos. Thesaur. decis. 179. Bald. in dicta l. 2. num. 1. Megal. in 2. 2. lib. 2. ca. 9. num. 20. & deuoluitur ipsa res cum omnibus meliorationibus, proue refert Franch. decis. 191. qui etiā affert casus hoc impidiētes, & vide etiā Megal. in dicto cap. 994. & quod hæc conclusio habeat etiam locum cōtra minores probat Det. in Autb. qui re C. de Sacr. Eccles. num. 13.

Vnde notandum est, quod ex tribus causis, potest emphyteuta cādere à iure suo. Prima est, quod cēsset, ut supra à solu-

à solutione canonis; secunda, quod res emphyteutica deterioretur. 3. quod alienetur irrequiro domino directo *Cefal. consil. 139. numer. 15. lib. 1. l. 3. C. de iur. empbyt.* & l. qui rem *C. de Sacrof. Eccl.* Et de iure addetur quartam, quæ est si emphyteuta priuati per trienium, & Ecclesiæ per biennium apochas publicarum functionum solutrum domino non praestiterit, ut in l. 2. C. de iur. empbyt. & in cap. potuit de loco. & per Megal. in dicto cap. 9. quæst. 5.

Restat successiue vendendum, an ut esset locus caducitati requiratur directi dominij declaratio, & quod iudicis sententia sublequatur, & dic, quod declaratio est necessaria, ut per Bart. in l. 2. num. 2. de iure empbyt. tenente non haberetur locum nisi domino volente, & sic declaratio requiratur, quem sequuntur.

tur cōmuniter Doctores refert *Curt. Iunior consil. 136. Affl. decis. 174. nū. 2.* Et quamvis nonnulli tenent, quod de iure sententia non requireretur, ut etiā per *Dec. consil. 146.* tādem concludit, quod securius est, ut iudicis auctoritas adhibeat, & ita seruari affirmat: *Guid. Papa quest. 107. & Mastr. par. 2. decis. 193. numer. 11. 23. 24. & sequent.*

4. Dictū fuit supra, quod alienatio rei emphyteuticæ irrevocabile domino, est de iure prohibita, & taliter, quod facit esse locum caducitati, & emphyteuta cadit à toto iure suo, *ext. eß exp. in l. fin. C. de iure empbyteus. Gram. decis. 177. num. 2. Capyc. decis. 155. num. 7. & Affl. decis. 191.* & ibi *Vrbl. Megal. in dicto cap. 9. num. 47.* sicut si alienatio fuit necessaria per notata per eundem *Affl.* loco citat. quod si in in-

M. stru-

strumento fuerit apposita clausula saluo semper, & reseruato iure, seu a sensu domini directi, & non aliter, nec alio modo, vigore talis clausulae salutaris, alienans possit suo iure ptiuari, & teneatur in commissū incidisse, vide eundē Gram. in allegata decis. numer. 3. Ludou. Perus. decis. 101. num. 14. & Franch. decis. 267. Megalius in dicto cap. 9. num. 65. Et vide eundem ibidem à num. 51. usque ad num. 69. vbi 13. enumerat casus, in quibus licita est alienatio irrequisito domino.

Debet consequenter videri an dominus teneatur consentire quotiescumque emphyteuta alienat rem emphyteuticam, & dic quod sic, quoties alienatio fuerit facta in personam licitā, Mant. Surd. decis. 344. nu. 54. Maftr. 1. part. dec. 55. num. 9. & Gram. dec. 49. in fine. Et quā sint

personæ in quibus alienare nō licet, tradit Megalius in dicto cap. 9. nu. 83.

Si vero emphyteuta partem rei emphyteuticæ alienauit domino irrequisito, an tota res, vel ipsa pars alienata cadat tantum; partem alienatam in commissum incidere, tenet Gramm. dict. 49. vide etiam Maftr. 2. part. decis. 199. numer. 8. Megal. in dicto cap. 9. nu. 71. Pone, quod emphyteuta plures reliquit hæredes, vnuus illorum soluit partem suā, alias vero non, dubitari continet, num res emphyteutica tota cadit in commissum, vel solummodo in partem non soluentē, & quod tota cadat cōmunis est opinio, relata per Affict. decis. 153. nisi rāmen in diuisione concurredit domini cōsenfus, & per consequens emphyteuta primus per consensum præstitū. scilicet

caudò, an liberetur, vide
eundem Aff. dccis. 112.
num. fin.

6 Item nota an secundus
emphyteuta volēs alien-
nare rem emphyteuticā
debet requirere primū
emphyteutā, vel domi-
num directum, vide Ric-
tium consl. 268. num. 15.
& si voluerit alteri in em-
phyteusim dare irrequi-
sito domino, non potest,
cum sit species aliena-
tionis Ias. in l. fin. C. de iure
emphyt.

Quid si voluerit ius
suum alteri donare, vel
legare, & quæ requiran-
tur, notat Clar. in §. em-
phyt. quest. 15. & an possit
constituere servitutem.
vide eundem quest. 21.
& quid erit in legato ec-
clesiæ facto, vide Peruf.
Ludouic. decision. 128. nu-
mer. 12.

Potest enim emphy-
teuta emphyteutica bo-
na obligare sine tamen
domini consensu, vt per
Glos. in l. fin. C. de iure em-

phyt. vers. vendere, & in-
verb. item pignorare: sed
non per hoc veniunt in
generali obligatione sed
de eis expressa, & specia-
lis mentio fieri debet, &
sic fuisse iudicatum re-
fert Surdus decision. 160.
quod limitat fauore do-
tis num. 3.

Prout etiam obligari
possunt emphyteutica
ecclesiastica, sine aliqua
iuris solemnitate, quia
per talem obligationem
nullum fit Ecclesiæ præ-
iudicium, vt per Salicet.
in l. fin. num. 6. C. de iure
emphyt. licet regulariter
in alienatione bonorum
Ecclesiæ solenitates re-
quirantur, vt in Clemen-
tina Ambitiose de rebus
Ecclesiæ non alienan.

Vxor vero pro recu-
peratione suarum dotiū
potest agere super bo-
nis emphyteuticis, vt
per Bart. Bald. Castr. &
alios in l. fin. constan. ff. so-
lut. matr. Corbulus de cau-
sa privat. ob alienationem

M 2 limi

limitation. 3. per totum.

- 7 Emphyteuta vero, qui pacta per eum promissa non seruauerit, an cadat à iure suo, & tenet quod sic, *Ferrar. in caut. 20. ex text.l.2.C.de iur. emphyt.* ratio est, quia in contra-
du emphyt. pacta multū operantur. *Berous consil. 207.num.5.lib. 1. Peruf. decis. 128. num. 8.late Corbul. in suo tractatu de iur. emphyt. tit. de priuat. ob pacta non seruata: sed verior, & communis opinio est, quod non cōmicitatur caducitas, ob pacta non seruata, & vt æqua opinio est sequēda, vt refert *Surd. decis. 180.num.12.**

- 8 Consequenter secūdū ordinem propositū trāandum est, an emphyteuta, cui ab Ecclesia fuerit concessus aliquis fundus, cum aliquo anno canone ad meliorandum, & non melioraverit: sed deteriorauerit, poterit expelli, cum

cederit à iure suo, ex text. *Aub. qui rem C.de sacro. Eccles.* Et quamuis text. de solo emphyteuta Ecclesiæ loquatur, idē est dicendū de emphyteuta priuati, vt post *Dötore, quos citat, tenet Megal. in dicto cap. 9. nu. 35.* & testatur de communi, & deterioratio tunc dicitur, quando ab eo statu, in quo erat fundus apparet diminutus, quo casu expelli potest. *Ias. in l.2.num.48.C.de iure emphyt. & Ludouic. Peruf. decis. 22. num. 3. & per totum. & vide *Megalium in dicto cap. 9. nu. 37. & 38.**

Est notandum, quod tria requiruntur ad hoc, vt emphyteuta possit expelli à fundo propter deteriorationem, primò quod deterioratio sit notabilis, & iudicis arbitrio relinquitur. secūdò, quod deterioratio sit ad perpetuā deterioratio- nem fundi. tertio, quod dolo

dolo malo lata, velleui culpa emphyteutæ fuerit facta, *Ias. in dicta l. 2. C. de iur. emphyt. num. 98. & Perus. decis. 94. num. 9. & sequen. Megal. in dicto cap. 9. num. 36.*

Nota tamē, quod hēc conclusio non habet locum, quando deteriatio esset in vinea, quia si vinea non potaretur, vel per longum tempus non cultiuaretur, desiccatur, vt refert *Ias. in citat. l. 2. num 98. & Perus. in citat. decis. 22. num. 23.* Emphyteuta vero, qui non possidet, ad solutionem canonis non tencetur, *Abb. conf. 74. Paul. de Castr. cōf. 105. vol. 2. Par. conf. 108. num. 42. lib. 1.*

Notandum tamē hoc non omītam, quod emphyteuta tenetur reficere domum dirutam, vt probat *Ioseph. Ludouicus in conclus. 12. in tit. de emphyt. & in decis. 24. num. 8. & 9. Megal. in dict. ca. 9. num. 19. & idem dicit*

de vinea desiccata, & oliueto exusto.

Insuper emphyteuta non excusatur à solutione annui canonis, licet fundus fuerit à flumine corrosus, vel in partem perierit, ita communi testatur *Ioseph. Lud. in cit. conclus. 12. & Ias. in l. 2. num. 77. C. de iure emphyt. Abbas in cap. potuit num. 16. de locato, & condueto, Megal. in dicto cap. 9. num. 15. & 16.*

Nec etiam excusatur à solutione census si dominus fuerit diruta dummodo remaneat area, *ex Imol. in cap. potuit extra locati Megal. in dicto ca. 9. num. 18. & tenetur reficere domū, & similia.* Nec excusatur quando res in totum non perijt, etiam, quod annuus cēsus corresponderet fructibus, vt probat *idem Ludovic. loco citato, nam & si quando pensio correspondeat fructibus iudicetur tamquam locatio;*

tio, tamen quia res emphyteutica integra remanet, pēsio tota debetur, ut post *Cynum, Bald. Bart.* & alios communiter, dicit *Megal.* in dicto cap. 9. num. 17. Immo, quod quicquid sit de rigore iuris, de consuetudine non solet fieri remissio propter sterilitatem istis conductoribus ad lögum tempus, licet pēsio correspondeat fructibus, ut commune dixit idem *Ludouicus loco citato, Costa in suis memorialibus in verb. conductor, & vers. emphyt. & Clar. in S. emphyt. quest. 8.*

Sed si forte alicubi ex consuetudine, aut statuto facienda sit remissio, quae debeat esse sterilitas, ut possit fieri remissio emphyteutæ soluentia annum canonem fructibus correspondenter refert *Couarr. practicarū quest. cap. 3. & Menoch. de arbitrar. iudicium ratiō 78. Neuiz. consil. 90. Re-*

lud. à Vall. in consil. 86. lib. 3. Nouar. in praxi eleēb. & variat. fori quest. 13. num. 15. cum sequen. sect. 3. in ultima impressione.

Sed communis, & veterior opinio, est relata p eundem *Ludouic. loco cit.* quod ad hoc, ut fiat remissio anni canonis, propter sterilitatem requiritur lèsio ultra dimidiā, & quod talis emphyteuta non percipiat fructus ex fundo ascendentibus ad soluendā medietatem anni canonis secus tamen esset, ut non fiat remissio, quando sterilitas contingere ex culpa emphyteutæ, qui non cultiuauerit fundum ex *Gloss. probatur in verb. remissio l. s. vero S. cū quidam ff. locati, & ex Roli. à Vall. in consil. 86. lib. 1.*

Nec etiā talis remissio fieret quādo in contractu emphyteutico, idem, cui fuit facta concessio fundi ad annuum canonē renūciasset omni

ni legum auxilio fuscipiendo in se omnes causas fortuitas, ex Alber. in item queritur §. exercitū ff. locati, & in l. licet C. locati Capyc. decis. 87. num. 8. & Perus. decision. 106. num. 32.

Et tādem nota, quod emphyteuta non liberatur à solutione anni canonis, nisi re in totum perempta; Clar. in §. emphyt. quest. 8. Ias. in l. 1. C. de iure emphyt. num. 77. Et quamuis ei ex causa sterilitatis non detur remissio in casibus supra notatis, quid ex causa belli per notata p Nat-
tam cons. 49. num. 12. & cons. 194. num. 5. & dic, quia tempore sterilitatis emphyteuta non definit possidere licet modicos percipiendo fructus: tempore vero belli non potest, nec ad culturam bonorum, nec ad fructuum collectionem accedere; ideo detur remissio, tenet Bart. in l. 1.

in fine C. de iur. emphyteut. Abb. in cap. fin. propter ſe- rilitatem num. 3. de locato, & in cap. potuit nam. 17. eiusdem tit. & numer. 18. distinguit opinionem Bart.

9. Prosequendo materiā cōclusionis superius fa-ctæ scilicet, quòd emphyteuta cessans à solutione canonis cadit à iure suo, quero numquid locum habeat in alium qui successit in ius alterius, & ignorauit rē esse emphyteuticam, & dic, quod de rigore iuris eadem militat ratio: secus vero de equitate ex quo hæredi ex capite probabilis ignoratiæ datur restitutio in integrum ob canonem non solutum ex clausula generali si qua mihi iusta cauſa, ex Glos. in l. 2. in verb. Et secundum legem C. de iure emphyt. quam sequuntur communiter Doctores, ut per Dec. cons. 58. in fin. Et legitimū impedimentum,

tum, & iustā causam excusare tenet post Doctores, quos citat *Megal.* in dicto cap. 9. nu. 31.

Sed pone, quod iuxta notata in verb. fin. præcitatæ glos. in verb. & secundū legem, emphyteuta non soluerit canonem: sed tantum domino directo obtulit, an talis verbalis oblatio sufficiat ad euitandam pœnā caducitatis, ex dicta glos. habetur, quod sic, exnotat. etiam per *Salicet.* in d. l. 2. in fin. verb. & *Soccin.* consil. 118. in fine etiā verbi lib. 4. quod intellige, quod oblatio fiat loco, & tempore cōgruo, & sit realiter, non tantum verbo, nam ubi opus est factō, verba nō sufficiunt; nā vt emphyteuta consequatur plenariam liberationem requiritur non tantum oblatio, sed consignatio, vel saltim depositio, vt refert *Iaf.* in l. 2. de iur. *emphys.* & opinio *Soccin.*

loco citato posset intel· ligi, quādō dominus canonem recipere recusa· uerit, & tunc verbalis oblatio sufficeret ad eui· tādam pœnam caduci· tatis: secus in alio casu.

10 Insurgit hic alia quæstio, an dominus directus, qui post incursum caducitatem recepit ab emphyteuta canonem, cēseatur illi pœnam caducitatis remisisse. *Bars.* in l. 2. C. de iur. *emphyt.* nu. 8. distinguit sic, aut recepit tantū canones debitos ante commissam caducitatem, & non cēseatur remisisse, aut etiam postea, & sic de futuro, & cum expressa protestatione, neque intelligitur remissa, quamvis *Clarus* in §. *emphyteus* is quæst. 10. num. 1. reprobat hāc Bartoli opinio· nem, & ibi allegat DD. adducendo, quod dicta protestatio esset contra· tria factō; vide *Megalium* in dicto cap. 9. nu. 24. Et quid

quid si solutio fuerit sa-
cta procuratori decidit,
Affl. decis. 129. num. 9.
& 10.

11 Necessarie restat vidé-
dum, an moræ purgatio
admitatur in contrac-
tibus emphyteuticis, quâ-
do emphyteuta deslitit
à solutione canonis per
debitū temporis spatiū,
& scias, quod de æqui-
tate canonica admittitur
ex cap. potuit de lo-
cato, quod in practica,
ex frequenti obseruan-
tia subsequuta admittitur
in omnibus tribuna-
libus ex text. l. si insulam
ff. de verb. obligat. & ibi
Gloß. & Doctores omnes,
& infra quātum tempo-
ris spatiū admittatur
moræ purgatio, & quod
iudicis arbitrio remicita-
tur refert, & latissime
probat Menoch. de arbi-
trarijs iudicum casu 7. vbi
relatis latissime pluribus
Doctorum opinionibus,
& distinctionibus arbi-
trabitur tamē iste iudex,

per quod spatium tem-
poris debet admitti ista
moræ purgatio; conside-
rata tamē qualitate rei,
& personæ. vide etiam
Ludouic. Perus. decis. 90.
per totam, & eundē Me-
noch. in cit. casu 7. nu. 14.
neenō, & Guid. Pap. qua-
stione 123. Carau. in ritus
173. num. 1. vbi, quod de
æquitate etiam vigore
instrumenti via ritus de-
bitor admittitur ad pur-
gationē moræ compa-
rendo cum pæcunia cū
sacculo parato tertijs de-
cursis, T besaur. decis. 77.
& ibi addendo Gaspar
filius Gramm. in decis. 95.
Affl. in decis. 134. & in
decision. 174. & ibi Vrsill.
Ann. singulari 350. & ita
practicatur, & pluries iu-
dicatum vidi in Regia
Audientia.

12 Pro complemento hu-
ius tractatus restat tan-
tum videndum, & notâ-
dum, quod si emphyteu-
sis sit finita per genera-
tionem descendentium,

N pos-

possunt descendentes ex linea illa petere, sibi confirmari, & si eis non confirmetur, possunt appellare, ut communem dixit, *Antonius Gabriel in suis communibus conclusiōnibus conclus.* 1. in titulo de emphyteusis, qui plures limitat casus, & inter alias limitaciones, quando Ecclesia cōcessisset aliquē fundū ad emphyteusim, quia finita linea eorum, quibus fuit facta cōcessio teneatur illā de novo confirmare, & renouare descendenti ex linea iā finita; limitat, etiam quando dominus directus vellet pro se retinere fundū ad emphyteusum coaceſsum.

Item limitat, quando petes confirmationem, & renouationem esset tantum ex linea descendenti, sed non ex transversal.

Prout etiam limitat, quando fēmina, quā pateret renovationem, &

confirmationē, licet esset de descendētibus, & esset exclusa per statutū, quod extant. masculis, fēmina non sucederet in hoc regno per constitutionem in aliquibus; nam hoc casu nō admetteretur; vide etiam *Co- uarr. variarum resolut. lib. 2. cap. 18.* limitantē, quādo emphyteusis ad filios hæredes tantū pertineat, & non ad alios, & tradit interpretationem sexi. in cap. 1. *as Agnati, vel filius in feudo consti- tuto;* videri etiā potest, *Megalius in dicto cap. 9. num. 117.*

In actione iuris congrui, sanguinis, & aliarum consuetudinum fidelissime Ciuitatis Catanzarij.

I Vris congrui materia defumitur, ex sexi,

con-

*confit. Regni Sancimus de iure probomisios, quam
commentati fuerūt plures Doctores Regnico-
læ, & exteri, primus om-
nium Affl. Baldassar, Be-
medel. & alij, quæ consti-
tutio in toto hoc regno
viget, & extat in viridi
obseruantia, & licet sit
vaga, & per hoc spuria,
& non inter alias regni
constitutiones inserta,
ratio tamen est, quia sicut
ultimo loco condita à
Federico Imperatore,
& ob id non inter alias:
sed inter capitula regni
posita, & commentata
à dictis Doctoribns ma-*

*gnæ auctoritatis; fuit ēt,
& est prædicta constitu-
tio authenticæ, notoria,
& generalis, eamq; om-
nes Doctores allegant;
in foro practicabilis, &
perutilis, *lex uniuersalis*,
nec est opus eam pro-
bare, & in hac nobili, &
fidelissima vrbe Catanzarij maximè viget, & su-
per eam quotidie iudi-
catur; contra quam con-
stitutionem reperitur in
ipsa Ciuitate fauore tā-
tum exterorum, & de-
nouo venientium ad eā
habitandum, introducta
sequēs consuetudo, cu-
ius text. est.*

Exterorum . Consuetudo Prima .

I Tem si quis aduenia, & exterus veniat cum fa-
milia ad habitadum in dicta Ciuitate, & sibi
emit domum, seu perpetuò conduxit, vel ad
emphytesim acquisiuit, ad hoc, vt Ciuitas au-
geatur habitatibus, non teneatur relaxare do-
mum vicino, vel consanguineo, & in tali casu

N 2 pro

pro prima tantū acquisitione domus , nec ius congrui,nec sanguinis locū habeat: securus autē in alijs stabilibus .

Et quāuis primo sit iudicandum secundum regni constitutio nem; postea vero secundum consuetudinem, vt in cōstitutione regni de nobilibus conueniendis l. vi vniuersis, & singul. tamen dum istæ consuetudines sunt manuscriptæ, & pro iure inter ci ues confirmatæ meritò tamquam ius nouissimū, & particulare debet prius obseruari, ex text. l. 2. C. que fit longa cōfuesudo, dum etiam ex consensu expresso ciuium fuerunt factæ , & sic sunt quædā conventiones , & pacta, vt C. de decrevis decur.lib. 10. ex text. l. si quis in conscriben. C. de pactis, & cōfuesudo dicitur actus praticus, & ad vnguem seruari debet, Francb.

decis. 487. num. 14. & cōsuetudinis eadē, est vis, quæ priuilegij, ex text. l. fin. C. noua, vēctique impo ni non posse, & tandem, quod loci consuetudo , secundum vsum sit seruanda, refert Don Gars. Mastril. decis. 112. num. 42. tanto magis, quod supradicta consuetudo fauore exterorum inducta rationabiliter fuit p vsum populi , & actuū frequentiam acceptata, ad hoc, vt ciuitas repleatur habitantibus , quod respicit publicum bene ficiū, nec extenditur ad alia bona, quam pro prima tantum emptione domus , vel in emphyteusi, aut perpetuo conductæ, in quo enim casu seruatur, quod , & constitutio sancimus, & sanguinis

guinis consuetudo cef-
faret; respectu vero alio-
rum sequens consuetu-
do seruatur.

Iuris congrui. Consuetudo Secunda.

I Tem quando vēditur, locatur, vel ad emphy-
teusim conceditur aliquod stabile, datur vi-
cino, seu consanguineo ius retrahendi dictam
rem stabilem iure protomisios, seu sanguinis
infra annum; annus tamen incipiens à die cō-
tractus alienationis bonorum absque aliqua
denuntiatione, alias elapso anno, est præscri-
pta actio retractus, & non tenetur restituere
dictam rem vicino, vel consanguineo: verum
si tempore alienationis vicinus, vel cōsanguini-
neus, est absens à dicta Ciuitate, annus prædi-
ctus currit à die regressus ad Ciuitatem.

- 1** **H**ec consuetudo hoc videatur localis, dū
est conformis iu- etiam de iure antiquo
ri communi, tam respe- competebat consanguineo retractus ratione
ctu vicini, habentis ra- iuris sanguinis, per rela-
tione vicinitatis retrac- ta per *Afl. in tract. de iur. prothom. fol. 25. num. 36.*
tum, prout latè, ex con- quod fuit semper in hac
stitutione facimus di- fidelissima Ciuitate ser-
ponit, quā etiam res- uatum.
pectu consanguinei ra-
tione iuris sanguinis, nō
obstante, quod quo ad **2** Et quod ius prædictū
com-

competat, non solum in alienatione, sed etiam in cōcessione rei stabilis ad emphyteusim, debet intelligi in primis contrātib⁹, dictæ concessio-
nis, & in alijs, quādo nō cōcurrunt dīct⁹ etus dominus, qui præfertur omni-
bus in emptione rei em-
phyteuticæ, vt refert idē
*Affl. loco citato fol. 16. nu.
7. & Megal. inq. 2. 2. lib. 2.
cap. 6. num. 256.*

3 Quod etiā competat in locatione, communi-
ter approbat⁹, ea ratio-

ne, quia cōmoditas fru-
ctuum pro vera aliena-
tione habetur, *Austh. hoc
ius porrectum C. de sacros.
Eccles. Affl. in dicto tra-
ctatu 8. notab. numer. 25.
Mastrill. decision. 4. Ricc.
collect. 6. quamvis con-
trarium teneat Viui. dec.
506. qui loquitur de lo-
cat. ad modicū tempus,
& vtcunque sit, consue-
tudo etiam contrarius
debet ad literam obser-
uari, Vrsell. ad Affl. decif.
202. num. 3.*

Iuris sanguinis . Consuetudo Tertia .

Item si facta alienatione rei stabilis, vt supra concurrant ad retractum vicinus re, & consanguineus, præfertur, & præferri debet, exclu-
so vicino, consanguineus, in cuius beneficium relaxetur res.

i **C** Oncomitator ci-
tatā constitutionē antiquissima, & laudabi-
lis consuetudo dicta iu-
ris sanguinis, recepta, &
approbata, & semper su-
per ea iudicatū in omni-
bus tribunalibus huius
fide-

fidelissimæ Ciuitatis & à tempore immemorabili inducta in fauorem consanguineorum, & affiniū cum omnibus requisitis inducentibus consuetudinem, nempe per usum populi, actuūm frequētiām, & tēporis diuturnitatem, & obtempta in contraditorio iudicio, ut voluerunt DD. omnes in l. 2. C. que sit longa consuetudo, & in l. de quibus ff. de legibus, Oſascus dec. 89. num. 45. & Mafcard. de probat. conclus. 424.

2. Est & tali casu aduentandum, quod numquam fuit iudicatum usque ad quem gradū ius hoc cōpetat, ut consanguineus sit ab eo exclusus, quod cum non sit decisum relinquitur in dispositione juris communis, per tex. l. commodissime ff. de liber. & poſtb. & sic de iure ciuili ius prædictum cōpetit usque ad decimum gradum consanguinitatis, ex uxi. S. hac tenus in-

situs. de graduum cognat.

3 Quod ius sanguinis nō cōpetit cōsanguineis, vel affinibus, qui venditori succedere non pos- sunt, ut propte Monacho, qui est mortuus in mundo, ut probat Benedet. de iure prothomis. num. 54. pro ut nec etiam consanguineo bastardo, ex re- factis per Afflict. in citas, tract. de iur. prothom. fol. 24. num. 32. ex doctrina Bartol. in l. fin. ff. de verb. signific. vide limitatio- nes apud Megalium in 2.2.lib. 2. capit. 6. numer. 253. & 254.

4 An autem ille, qui ha- bet ius retrahendi rem venditam per suum con- sanguineum, siue affinē alicui extraneo, vel vici- no habenti ius congrui possit talis consanguineus, cui ius sanguinis cōpetit illud alteri ex- traneo, vel proximiōri cedere, & hoc casu di- stinguendum est, quia, aut loquimur de iure con-

congrui consanguinitatis, vel proximitatis, aut conuentionalis scilicet super pacto de retrouēdendo.

Primo casu ille talis, qui vult ius sanguinis cedere, potest proximiori cedere, & si cedere velit extraneo, vel proximiōri, aut ius tantum sine re, vel cū re & si cū re voluerit potētiori cedere, talis cessio non valeret secus personæ non potentiori, vt refert *Vincent. de Franch. decis. 242.* & ante eum *Baldas. Benedellus de iure probomis.*

num. 56. qui hanc refert distinctionē, quod si cōsanguineus, qui voluerit cedere prædictū ius, sine re, erit solus de agnatione, & cessat causa impediendi retractū, & hoc casu poterit cedere ius sanguinis, sine re, vt per eundē *Benedell. loco citat. contrarium* tamē tenet *Affl. in dicto tractat. de iur. probomis.*

num. 5. fol. 67. concludēdo, quod ratio sanguinis excusat, vt cessio nō videatur facta in potentiorē.

5 Circa vero cōuentionalia, quando venditut aliqua res cum pacto de retrouēdendo, & in instrumento apponitur, quod solus vēditor possit rem venditam redimere, tali casu consanguineo nō competit ius retrahendi, quia cōtractus accipit legē ex cōditione l. i. S. h. conuenerit ff. depositi, & maxime ratione iuramenti.

Sed in instrumēto cū pacto prædictō nō adest secundū subsequens pāctum; tunc competit cōsanguineo ius retractus, ex relatis per eundē *Benedellum loco citato numer. 56.*

6 Et quid si consanguineus promiserit emptori rei vēditæ ab eius cōsanguineo, nolle vti iure sanguinis super retractu rei

rei prædictæ , tale pactū prodest emptori, quia est reale, & transit cum ipsa re vendita, & res ipsa cū sua causa , taliter , quod cōsanguineus prædictus talem rem retrahere nō poterit, vt per eundem *Benedellum loco citat. numer. 59.*

7 Insuper scias, quod ius hoc non competit consanguineo, elapso anno, à die scientiæ , quo fuit vendita res, quod est inductum à dicta antiquissima consuetudine , prout non competit, si ante

venditionem cōsanguineus veniens pro iure retractus fuerit requisitus, an velit rem venditā emere , & ille respondit nolle, quo casu restat videre , an ex causa iuris sanguinis detur regrefsus, & possit, non obstante dicta renunciatione , & extra iudiciali declaratione peti retractus, & concludit *Benedell. in loco citat. num. 66.* ex multis Doctorum authoritatibus dari consanguineo super re prædicta regrefsum .

Fidei præstite . Consuetudo Quarta.

I Tem, quando quis constituit se liquidum debitorem alicui , & promisit sub præstatione fidei ad certam diem soluere , vel quid facere, elapso termino statuto, constito per scripturam, vel testes ex processu informatio dictus debitor capiatur de persona, & carceretur, donec soluat, vel probet legitimam causam non teneri, & in vinculis causā dicat, & promissio
O sub

sub fide prædicta habeat exequutionem paratam si est liquida , tamquam obligatio penes acta stipulata , & pro pena soluantur caroleni quinque .

VIget , & est in viri-
di obseruantia in
eadem Ciuitate altera
antiquissima cōsuetudo
dicta de la fede , qua de-
bitores alicuius pecu-
niæ quantitatis coniung-
endo dexteram dexte-
ræ suorum creditorum ,
per tactum palmarū co-
rá duobus testibus pol-
licentur dare dictis eorū
creditoribus summā pe-
cuniæ , vel aliam rem de-
bitam in certo statuto
termino .

Et dicit ex processu
informatiuo , quia elas-
po termino prædicto , &
nō adimpleta promissio-
ne , creditores absque
libello , & ordine iudi-
ciario incusant contra
debitores in Regia Cu-
ria , & Bayolorum poenā
datæ fidei , quæ est care-

lenorū quinque , & ex-
minatis summarie duo-
bus testibus , absque par-
tis citatione statim ex-
pediūtur literæ exequu-
toriales pro debito , &
poena realiter , & per-
sonaliter , & fit exequutio
ad libitum creditorum ,
& per quamcumque ex-
ceptionem debitores nō
audiuntur , nisi pro satis-
factione per testes pró-
ptuarios , & in vinculis ,
vel facto deposito ad in-
star liquidæ obligatio-
nis , vel instrumēti liqui-
dati via ritus M.C.V. &
non mirum ex quo ille
tactus palmarum , habet
vim iuramēti , vt probat
sext. & ibi *Gloss.* & *Abb.*
quod metus causa , & in-
cap. peruexit il seconde de
iur. iurand. Afflct. decis.
489.num. 2. & ibi addē-
tes

tes; nam licet sit pactū nudum, ex eodem nudo pacto iurato oritur actio, ut per DD. in l. iuris gent. §. quinimo ff. de pactis.

2 Ista enim fides habet, ut dictum est vim iuramenti, & qui contrauerterit, potest dici periusrus, ut refert Innocentius in cap. & si Christus de iur. iur. Couar. in repe. cap. quamvis de pactis in 6. par. 1. §. 2. numer. 2. ea ratione, quia verbum fides est ambiguum, & pro Sacramento fidei accipitur, ut habetur in rubrica de sum. trinit; & fideccat.

Et ille, qui sub fide aliquid promicthit illud videntur cum iuramento firmare, ut refert Surd. in decis. 234. num. 7. & talis promicthens sub fide ligatur dispositione l. si quis maior C. de transactio. & illa fides succedit loco iuramenti, & principem ligat, ut refert idē Surd. in citas. decis. nu. 8. & ideo

ratione iuramenti habet talem paratam executionem.

3 Præterea ista consuetudo inducta per spatiū centum annorum, & à tempore, quo non est memoria hominum in contrariū, & sic præscripta habet omnia requisita ad inducendum cōsuetudinē, relata p DD. in dicta l. de quibus, & per Viuum in eius comm. opinio. in verb. consuetudo, est enim recepta, & approbata in ipsa ciuitate, & in dies supeream iudicatum, per sequentiā innumerabiliū actuū & continuū usum, & est in rigorosa obseruantia, quæ lequenda est vti altera lex in hac patria, ut probat Iosepb. Ludou. Perus. decis. 62. num. 12. & Boer. decis. 107. num. 4. & omnes ligat, etiā minores, & pupillos, ut per dictum Boer. decision. 43. num. 12.

O a Do:

Dotarij lucrati . Consuetudo Qu inta :

Contracto matrimonio inter sponsum, & spōsam, maritus constituit antefatum, seu dotarium vxori certum, & specificē in quantitate pecuniae inter eos conuenta, soluto matrimonio per mortem viri, vxor relictā vidua sibi lucratur totum dotariū pleno iure, quoad proprietatem, & vñsumfructum, absque restitutione, & transit in patrimonium vxoris perpetuo, etiam extantibus filijs.

I H Aec consuetudo, est conformis iuri communi, ut habetur in *Auth. dos data C. de donat. propter nuptias*, & refert *Campag. super cap. Regni Mulier dotarium num. 2.* dotarium vero, est lucrū dotis, ut refert *Affl. decis. 291. ex dicta Autb. dos data*, & intelli-

gitur lucratum, mortuo viro, tam quo ad vñsumfructum, quā quoad proprietatem, extantibus, siue non filijs, ex dicto matrimonio virtute dictæ antiquissimæ consuetudinis receptæ, & approbatæ in hac Civitate ex immemorabili præscriptione.

Dotarij non constituti. Confuet. Sexta :

I Tem si dotarium non constituatur expresse tamen intelligitur constitutū pro tertia parte

te pecunia in dotem promissæ, & si dos consistit in bonis stabilibus, intelligitur constitutum pro tertia parte extimationis, & valoris dictorum stabilium, & similiter in utraque spesie dotum, nulla habita ratione de mobilibus, & sese mouentibus circa constitutionem dotarij.

Non minus seruat hæc consuetudo, quæ maxime viget quod mulier consequatur dotarium, etiam non constitutum pro tertia parte dotum consignatarum, & eadem ratio, quæ militat in pecunia, militat etiā, & de bonis stabilibus extimatis, quando vero stabilia nō sunt data extimata, tunc per pactum spesiale, & non aliter in contractu matrimonij solet constitui dotarium pro certa expressa summa pro qua contrahentes ad inuicem concordantur, & huic consuetudini contradicit ius commune mandans, quod

dotarium non debeatur, nisi sit constitutum, ex relatis per Affl. super regni constitutionem de dotarijs constituendis lib. 3. rubr. 13. na. 4. Quamuis antecessores patritij huius Ciuitatis, & consuetudinum conditores considerate disposuerūt: nā dos eius meretur dotarium, saltim in detrimentum amissæ virginitatis; se confirmando cū Presidēn. de Franch. decision. 182. num. 9.



Do:

Dotarij ex mobilibus. Consuet. Septima.

ITem quando causa matrimonij promis-
tur bona mobilia in dotem, tempore consi-
gnationis extimetur per duos amicos per par-
tes eligendos, cum tertio pluris; scilicet si ali-
qua res communī prætio valeret ducatis dece
superadduntur alij ducati quinque, qui vnit
cum vero prætio faciunt summam ducatorū
quindecim, & demum soluto matrimonio, &
facto casu restitutionis deducuntur dicti du-
cati quinque, quod dicitur tertium, & restitu-
tur solum iustum prætium. Cum sit ad ostē-
tationem, & non animo lucrandi dictum ter-
tium plus.

De bonis vero mo-
bilibus, in dotem
promissis, & cōsignatis,
etiam extimatis mulier
non consequitur dotar-
rium; sed tantum, ut su-
pra dictum est de pecu-
nia, & bonis stabilibus,
datis extimatis, & sic
passim fuit recepta, &
obseruata dicta cōsuetu-
do & super eā iudicatu.

Et in tantum viget hæc
cōsuetudo, quod si ma-
ritus obyerit, non consi-
gnata tota dote sibi in-
termino statuto promis-
sa, prout in capitulis ma-
trimonialibus, vxor non
consequitur dotarium,
nisi pro tertia parte dō-
tium, quæ cōsignate ap-
parebunt, etiā, quod té-
pus de dote consignāda
sic

- ſit elapsum, & concordat cum decif. Affl. 242.**
- 3 Quæ omnia procedūt quotiescumque dos fuerit à patre promissa; ſecus ab extraneo, & culpa viri tēpore habili nō exacta; nam tunc vxor conſequitur dotariū ſuper bonis viri pro tertia parte dotiū promiſſarū, etiam nō conſignatarū, vt refert Vrſll. ad Affl. in præcitatā decif. num. 2. ex text. l. ſi extraneus ff. de iur. dotium. Quia culpa imputatur viro, qui potuit exigere, & non exegit, vt etiā refert Gram. decif. 97.**

- 4 Eſi maritus proroga-**

uerit tempus ſolutionis dotium, & inſra terminū prorogatū mortuus eſt dote adhuc non exacta, vxor dotarium conſequitur, idem Affl. decif. 333. & ibi Vrſll.

- 5 Sed si dotariū nō fuerit promiſſum lucratum mulier illud non conſequitur mortuo viro; niſi quoad vſumfructum tātum, extantibus, ſiue nō filijs virtute Regiæ nouellæ pragmaticæ excellentiſſimi Domini Du- cis Oſſunæ olim huius Regni Proregis, ſecundum quam hodie omnes Norarij matrimonia ſtipulantur.**

Primi cubilis. Confuet. Octaua.

I Tem ſi matrimonium ſoluitur per mortem, vxoris maritus lucratur primum lectum do-talem ſibi promiſſum per vxorem, vel alium nomine vxoris, & non tenetur illum reſtituero hæredibus vxoris: ſed pleno iure ſibi acquiritur, extantibus, ſiue non filijs.

Nec

- N**ec erat prætermis-
tenda reciproca
hæc Consuetudo fauore
viri introducta similiter,
& manu scripta; quāvis
nō minus alijs antiquis-
sima, qui mortua vxore
lucratur primum lectum,
tā si mobilia fuerint da-
ta extimata, quam non,
& fuit, & est in viridi ob-
seruantia.
- E**t licet aliquando fue-
rit orta controuersia in-
ter maritum, & hæredes
vxoris, quod non com-
petat marito dictum pri-
mum lectum, quādo bo-
na prædicta fuerūt con-
fusim consignata, & ex-
timata: sed quod tunc
lucretur, quando ordi-
natim fuerit sequa pro-
missio dicēdo primum,
secundum, & tertium le-
ctum; tamen dicta con-
suetudo fuit interpræta-
ta in fauorem mariti, vt
lucretur dictum primum
lectū etiā ex bonis mo-
bilibus extimatis, vel in
pecunia promissis, aut
confusim datis, & vtcū-
que consignatis, quo ca-
su dictum primum lectū
arbitrio iudicis liquida-
tur, actēta qualitate cō-
iugum, & dotium quan-
titatem, vt passim repe-
ritur iudicatum, quoties
casus euenit, tam in Re-
gia Curia, quam bayu-
lorum; necnon in Regia
Audientia, & ita obser-
uatur, & indifferenter
practicatur.

Ritus instrumentorum liquidationis: Consuetudo Nona.

Si qui creditores, vel creditrices vellent præ-
sentare instrumentum eorum crediti in cu-
